

cordiam, & compassionem; de damnis proximorum, & est contra invidiam, quae ridet de damnis proximi. Septimum est Ego; quod interpretatur fortitudo; & significat Patientiam, vel Mansuetudinem; quae omnia fortiter vincit: & est specialiter contra iram; & exercitum ejus. Prov. 16. 32. melior est patientis virosi. Hugo Card. in Jan. 4. 6.

2. Vita, & Passio Christi.

Christus ab Incarnatione, usque ad ascensionem, omnia opera fecit: ad expellendam iram. Primum Incarnatio, ad expellendam superbiam. Secundum Nativitas, quando de utero virginis nati voluit nasci, ad expellendam Luxuriam. Tertium conversatio in summa paupertate; ad expellendam avaritiam. Quartum magnis amoris, laborando pro nobis, predicando; ut procuraret nos saltem; contra Invidiam. Quintum jejunium, contra Gulam. Sextum Passio, orando pro crucifixoribus; contra iram, & vindictam. Septimum Resurrectio contra Acediam: quia multi mortui sunt per peccata, qui nolunt resurgere per poenitentiam. S. Vinc. Ferr. l. 3. D. 3. post oct. Pasch.

In Cruce fecit septem opera; & in quolibet opere dedit nobis exemplum, & instructionem, vitandi unum peccatum mortale. Primum denudatio contra avaritiam. Antequam ponatur in lecto pro infirmitate, detuda tere, ut Christus, satisfaciendo; & restituendo. Secundum conlatio. Quasitio: quare voluit tot dolores sustinere? Respon. quod hoc fecit; ut daret nobis exemplum vitandi peccatum luxuriae. Tertium propitiatione: Patris propter illius ad dandum exemplum vitandi peccatum irae; sive vindictae. Quartum coronatio, contra peccatum superbiam. II. 28. 1. ut corona superbiorum. Quintum portatio, contra Gulam. Sextum spiritualis occupatio, contra peccatum acediam. Septimum lanceatio contra peccatum invidiam. Id. 5. l. 3. D. 1. post oct. Pasch.

Vita Capitalia devota, ac frequenter, Passio Christi meditatione curantur. Nam Capitis in Cruce humillima inclinatio curat superbiam; Sacri lateris apertura invidiam; Oratio pro inimicis iram, portatio crucis Acediam; traditio sui Spiritus; Patris, sui corporis cruci, suae Matris Discipulo, & vestium crucifixoribus; Avaritiam portatio acetii, & sellis, gulam flagellatio Luxuriam. Gerlon. de 7. vitis Capiti.

3. Dona Spiritus S.

A fame Gulae liberat Dominus per donum intellectus; a bello Luxuria; per donum sapientiae; a flagello Irae per donum Consilii; a calamitate tristitiae per donum Fortitudinis; a vastitate Avaritiae per donum Pietatis; a fame superbiam per donum Timoris; a bestia invidia per donum scientiae. Hugo Card. in Job 5. 19. Officium Donorum Spiritus S. est, dissipare omnes vitiorum obliquitates. Primum enim Timor propulsa reliquias superbiam; Pietas reliqua Invidiam; scientia reliquias irae; ira enim quasi quaedam insans est. Eccl. 7. 10. Ira in sinu stulti requiescit. Fortitudo reliquias Acediae; Consilium avaritiae; disponit enim Consilium ad Spiritus paupertatem. Matth. 19. 21. si vis perfectus esse, vende, vende. Intellectus reliquias Gulae, quae mentem brutalem facit; Sapientia reliquias Luxuriae; quae gustato Spiritu desipit omnis caro. S. Bernardinus 2. 3. in die Pent.

Septem vitia capitalia sunt septem donis opposita; opponitur enim sapientia Luxuria, Intellectus Gula, Consilio avaritia, Fortitudini Acedia, scientia Ira, pietati invidia, Timori superbiam. S. Bonav. in Luc. 12. 9.

Timor, quia per quis se deprimit, ne super alium se extollat, excludit superbiam; quae super alios se extollit, Pietas, quae sibi illatas remittit injurias; expellit iram; quae vindicare quaerit. Scientia, quae mentem illuminat, evacuat Invidiam; quae mortem excoccat. Fortitudo, quae excellit in arduis, pellit Acediam, quae torpet in inimis. Consilium, quod docet pro transitorio aeterna mercari, remouet Avaritiam, quae in terrenis, & pro terrenis, tantum quaerit negotiari. Intellectus, quo vere delectamur in rebus spiritualibus, excindit Gulam; quae vanae, & miserae, delectatur in carnalibus. Sapientia, per quam pure delectamur in Deo, extirpat Luxuriam. Gerl. de 7. Don. Spir. S.

4. Oratio Dominica.

In prima petitione cohibetur superbiam: superbi enim non sanctificant nomen Dei, sed nomen suum proprium. In secunda eliditur invidia, quae est dolor alieni boni: unde non desiderat, ut proximo adveniat bonum, sed potius malum: & e contrario in ista petitione petitur commune omnium bonum. In tertia recitatur iras quae voluntatem Dei non sequitur, sed proprium impetum. In quarta expellitur Acedia: ibi enim petitur robur tam spirituale, quam corporale; quod confertur in pane corporali, & spirituali. In quinta eliditur avaritia; quae est immoderatus amor congregandi, & retinendi, temporalia: unde & debita semper exigit, nec dimittit. In sexta extirpatur Gula, ex qua ortum habuit primaria hominis tentatio: cum ibi petatur amotio tentationis futurae. In ultima refeca-

tur Luxuria; quae specialiter semper secum habet malum tam corporis, quod ipsa debilitat; cuius spiritus, cujus vires evocat. Gerlon. p. tr. de or. Dom.

Prima petitio est contra peccatum blasphemiae: multi enim non sanctificant, sed blasphemant nomen Dei benedictum. Rex Francie S. Ludov. fecit in regno suo ordinationem, ut blasphemus signaretur in lingua, vel fronte; ferro calido. Parisiis Magnus Burgensis blasphemavit; captus, signatus, nequiquam amicis pecuniam ingentem spondentibus. Et dixit rex; velle portare signum illud, ut hac mala consuetudo tolleretur de regno meo. Secunda petitio contra avaritiam: quia avarus terram, non regnum caelorum respicit. Tertia contra superbiam, omnes Christiani dicunt, Domine, Domine. Matth. 7. 21. corde credendo, & ore loquendo; sed non faciunt opere, obediendo; ideo oportet dicere ter Domine; & sic per obedientiam habebimus regnum caelorum. Quarta contra Gulam. Quinta contra peccatum irae. Sexta & septima contra Acediam: quia otiosi semper tentantur. S. Vinc. Ferr. l. 2. Dom. 4. post oct. Pasch.

Num. III.

Miscellanea de peccatis Capitalibus.

Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & de sulphure. Apoc. 9. 18. id est; de igne avaritiae, fumo superbiam, sulphure id est; fetore luxuriae. Subdit, v. 19. quod peccatis equorum in ore eorum est; scilicet principum precipitium, aut suadentium; sive exemplis post se trahendo. Et ideo subdit; & in candidis, id est exemplis. Gem. l. 7. c. 6. Tria sunt principalia peccata a Dei, & proximi, charitatem extinguunt: quibus totus Mundus infectus est: scilicet superbiam, quae offendit Deum per animam, luxuria, quae offendit Deum per corpus, & avaritia, quae offendit Deum per substantiam temporalem. S. Bernardinus t. 2. l. 18. Per superbiam cor inflatur; per invidiam arefcit, per iram crepat, per tristitiam conteritur, & quasi in pulverem redigitur; per avaritiam dispergitur, per gulam inficitur, & quasi humectatur, per luxuriam conculcatur, & in lutum redigitur. Hugo a S. Viti. de quinq. Septenis.

§. XXVII.

Peccatum veniale.

Num. I.

Vitiorum majorum supra de peccatis venialibus.

De ligno scientiae boni, & mali non comedas. Gen. 2. 17. Basilus, & Nyssenus: sciendum; mandatum, quod obedientiam hominis probaret, datum fuisse. Verum si Deus Adami experiri vult obedientiam; cur non rem majoris momenti precipit; parum in pomi contemptu obedientiam laborat; quando paradisi delicias exundat. Si voluisset reliquias omnes, una tantum concessa, alacris obsequii agnoscere devotio; at, tot pomiferis concessis arboribus, una abstinere, nec cultus obsequium, neque obedientiae videtur studium. Minima precipit, ut obedientiae virtutem examinet; nam vel indevoti est, magis obtemperare preceptis, est perfecti, parere & minimis. Nazera in Job. 8. 5. 4.

Digitus Dei est hic. Ex. 8. 19. Manui adversantur, & succumbunt digito. Scynphis educere incantamentis non possunt, qui virgas dracones fecerant apparere. Theodoretus digitem Dei dixit, non manum; hinc tamen digito succubuerunt non manui. Lethali non infel, iustorum est; aut non apicem Legis praetere, perfectorum. Id. ib.

Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorem, & consergent ascendo in oppidum Hai. Job. 8. 1. Cur omnem secum multitudinem tollit, non muratam, nec copiosam urbem; sed oppidum invaluens; fors quia oppidum: saepe enim exillora, & minora, majorem virtutem, & fortitudinem exigunt. Id. ib.

Rugitus leonis, & vox leonis, & dentes catulorum leonum, conerit sunt, inquit Eliphaz. Job. 4. 10. Sed quid mirum? Catulorum fractos dentes; quando disceptos leones, & leonas, premittit; stylum invertat, & a catulorum dentibus inchoet, ut exaggeratio debitis gradibus ad summum ascendat. Leones vincere, virtutis elogium est; sed nonnumquam, qui leonem, & leonem, in frustra lacervat, catulorum sustinuit morsus. Id. ib.

Num. II.

Peccata venialia vitandi motiva.

Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulatum in delictis suis. Psal. 67. 22. Relevavit nobis, inquit, mortis januas, cum capita inimicorum confringisset, qui inquirunt hominum peccata; quique nec capillum quidem capitis inexploratum relinquunt. Dicit autem per capillum minimum peccatum. B. Theodoretus hic.

Attendite ad falsi prophetiae. Matth. 7. 15. S. Maximus ita intel-

telligit: docuit Dominus supra v. 14. viam caeli esse arctam, & angustam: nunc subdit cavete ad falsi prophetiae; qui dicunt, viam caeli esse latam, & laxam, & extenuant peccatum; veniam facilem promittunt; & vos in tartara ducunt. Sylveira hic c. 19.

Pueri parvi magna non desiderant, vilia solent admirari 3. currus, equos, aurigas, rotas luto factas. Tales nonnulli nunc viri reperuntur: nulla his caelestium cura; sed ad lutum tamquam pueri, obstupescunt; & terrenis divitiis blandiuntur; & gloriae, & voluptates, hujus saeculi magni pendunt; quae ita puerilia sunt, ut illa. Sancti Chrylost. hom. 8. in Joan. 17.

Res nullius momenti saepe magnorum malorum causa efficitur: & ex parva negligentia, ingentia, atque incurabilia, sunt vulnera. S. Ephrem de perfect. Monachi.

Quibus peccatis (venialibus) licet occidi animam non credamus; tamen ita eam, velut quibulum pufulum, & quasi horrenda scabie replentem, deformem faciunt; ut eam ad amplexus illius caelestis sponsi, aut vix, ut cum grandi confusione venire permittant. B. Celsarius Arel. hom. de Verb. Ap. 1. Cor. 3. cuius opus est.

Si necesse esset, aut totum Mundum, & quidquid Deus non est, perire, & in nihilum redigi; est plures essent Mundi; vel infinito numero multiplicarentur; aut te facere rem parvam contra voluntatem Dei; cum intueor, quod sit contra voluntatem Dei; gravissimum quiddam, & nullo damno comparabile, intelligo. Sancti Anselmus lib. 1. cur Deus homo cap. 21.

Sicut mors separatur animam a corpore; sic, qui vere diligit, recedit ab omni eo, quod possit displicere dilecto. Magdalena ergo, quae multam Dominum amavit, omnes carnis delicias dereliquit; & quidquid fidei potuit, esse contrarium Christo. S. Bonav. l. 2. in festo S. Magd.

Stultum esse nullatenus ambigatur; nec dubitetur; transisse in reprobam sententiam, qui quod Deum offendit, leve dixerit peccatum. Penitus ne leve dixerit, quod in divinam transit offensam. Non enim est leve, pro quo dimittendo quotidie oportet orare. Sim. Caff. l. 8. c. 43.

Num. III.

Peccata venialia punia a Deo, & Angelis.

Eris rator, & non poteris loqui. Luc. 1. 20. Non reliquit peccatum veniale Zachariae impunitum; & putas, quod tua mortalitas manebit impunita? Stella hic.

B. Veronica de Binafo V. narravit fororibus, quod in Misfa femel forem curiosus aspexerit; ob id in rapto eam Angelus tanta severitate increpuit; ut diem extremum clausura fuerit, si corpori mens juncta fuisset talia patiens. Heul quam ingens fuit horror ille arguentis Angeli! quam dura verba! quam terribilis vultus! Rediens ad se tribus diebus innumerat fudit lacrymas. Quando deinceps Sacrificio intereat, nec quidem caput movere audebat, metuens divinam Majestatis ultionem. Bolland. 13. Jan.

S. Francisca Romana, cum in frequenti mulierum coetu vanus esset sermo illatus; ipsaque eum interturbare humano respectu nollet; maxilla ejus, audientibus cunctis, gravi alapa percussa fuit. Factum id ei saepius ob leves defectus ab Angelo. Boli. 9. Martii. Internum animae suae statum Patri Antonello exponens; quia ex humilitate resucebat dona quaedam caelestia; tam vehementem humeris illius ictum infixit Angelus; ut ad pedes atroniti Confessarii corruerit. lb. Ex altera vita c. 3.

TITULUS XVI. PECCATA ALIENA.

S. I.

Luge, desce.

Symbola.

Stem lilius inter spinas. Cant. 2. 2. Glossa Angelica: eorum improbitate pungaris, quos in filiorum numero gaudebas te accepisse. Did. Nyff. ser. 2. D. 4. Quadr.

Super mortuum plora; desce enim lux ejus: & supra fatuum plora; desce enim sensus. Eccl. 20. 10. Graec. desce enim intellectus. q. d. stultus, puta peccator, non tantum est dormiens, sed & mortuus, per peccatum, cui affixus haeret. Quare, sicut ploras amici mortem, quia desceit ejus lux; id est vita: & supra fatuum, id est, sic, vel similiter luge, & plora fatuum; quia desceit sensus, id est, prudentia, & sapientia, quae est quasi vita, & anima animae. Rursum desceit sensus: quia nullum habet sensum lux salus, & rerum divinarum; perinde ac si esset mortuus. Cornelius hic.

Sate super vias, & vide. Jer. 6. 16. Lugeat ergo via;

quia Sancti lugeat; dum cultum Dei contemni considerat: Deum enim colere; & poenitentiam agere, hoc est Deo sollemnitate facere. S. Bonav. in Thren.

Sume tibi sartaginem feream. Ezech. 4. 3. Sume tibi sartagine cruciatum: ut, dum de peccatis Jerusalem dolens, in ea frigaris. Audi Sancti Gregor. hom. 12. in Ezechia quia sartum sartagine metallum est, & in sartagine cibis fortis; quid per sartagine feream, nisi spiritualis zelus Doctoris animam frigit; quia omnis quippe spiritualis zelus Doctoris animam frigit; quia valde cruciatur; dum in hunc quouique aeterna delerere; & rebus temporalibus delectari, conspicit. Psal. 118. 139. tabescere me fecit zelus meus. Alii legunt apud Lorinum: contristavit, oppressit, conlumpfit, enervavit. Arcones in II. 1. 4. Dile. 2.

Signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium, super caulis abominatibus, quae sunt in medio eius. Ezech. 9. 4. S. Hieron. hic: gementes, dolentemque, salvantur: qui non solum malis non consentient operibus; sed & aliena planxere peccata. Id. ib.

Exempla.

Ex Veteri.

Inclusit eum Dominus desoris. Gen. 7. 16. Chrylost. nam, si expendisset fecum atrocissimam illam tempestatem, & descriptisset secum humani generis perditionem; multatua correptus, & valde turbatus fuisset. Did. Nyff. ser. 2. Dom. 4. Quadr.

Det Loth. Gen. 9. ait S. Petrus. 2. 2. 8. habitans apud eos, qui de die in diem animam ipsam iniquis operibus cruciabant, Examinat verbum cruciabant. S. August. in titulo Pl. 69. neque enim Loth ille sanctus in Sodomis ab aliquo corporalem perfectionem pariebatur; aut dictum illi erat, ut non ibi habitaret: persequitio ejus facta mala Sodomitarum erant. Arcones in II. 4. Discurfu 2.

Formatus est populus. Num. 25. 1. Quid Moyses? quid Aaron? quid reliqui pii senes? Habebat ante fores tabernaculi. V. 6. Velloso in Judith. 6. 15. Paraz. 9. Oleaster hic: hoc enim debet esse munus piorum, cum peccata vident: flere scilicet pro peccatoribus.

Sic Samuel luxit Saulem 1. Reg. 15. 35. Jeremias Jerusalem 13. 17. Daniel populi sui captivitatem c. 9. 3. Sc. Erroavit in illis diebus Ezechias usque ad mortem. 4. Reg. 20. 1. & II. 38. 1. Quid illi hanc lethalem egritudinem attulit? Foreris hic: ex morore, & animi angustia; quae per totum illud tempus laboravit: obque scelera populi; ob quae tradebatur Judaea in potestatem gentium; aegritudinem contraxit pius rex. Did. Nyff. l. 2. D. 4. Quadr.

Tunc Tobias ingemuit. Tob. 3. 1. Vide hic, quam verum sit illud Eccl. 7. 8. Calamitas concutit sapientem. En tibi coctis non turbavit Tobiam, sed conturbavit calamitas uxoris: magis enim offensa Dei, quam injuria propria, eum cruciabat. Cornelius hic.

Dominus Deus casti, & terra! Jud. 6. 15. Dolore tactus Hebraeus desceit Holofernis infaniam; Dei injuriam; & vide excitat pietatem. Dominus Deus! Dominus colens non friget ad aspectum improbitatis alienae; sed vehementius accendit ad pietatem. Lacrymas ei mover impietas aliena. Velloso in Judith. 6. Paraz. 9.

Vidi praeparantes, & tabescebam. Pl. 118. 16. Non possunt servi Dei sine dolore hominum delicta alpicere. Efcobar. t. 6. Paraz. Chr. l. 2. sect. 2. §. 3.

Desilio veniit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam, Pl. 118. 53. Hic pietas sanctae conversationis exponitur; in dolore hic desecisse dicat, quia peccatores legem Dei desecere videbantur. Necessse est enim, ut sanctum virum alterius culpa contristet; dum animus pius salvos fieri desiderat univerfos. Unde sancta cohors ( Martyrum scilicet ) non tantum poenis suis, quantum tyrannicis torquebatur excessibus. Cassiodorus hic.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Pl. 118. 136.

Quomodo habet sola civitas, Th. 1. 1. Flebat, non saxa, & aedificia; sed ruinae hominum. S. Paschal. hic l. 1.

Deposita est vehementer. Th. 1. 9. Tripliciter illam plangit: quia tanta contra Deum gens illa commisit piacula; quia pro his in praesentiarum, sine fructu poenitentiae, tam nefanda pertulit discrimina. Deinde, quod graviter est, post flagella quia noluit ad Deum redire, atrociora sibi attraxit supplicia. Id. hic.

Ego plorans quia longe saluus est me consolator. Th. 1. 16. Non abductum se Propheta de terris suis esse dolebat; sed a Christo populum relinquentium; consolationemque vitae futurae cerebat amissam. Et haec est, inquit, dolenda captivitas, qua aeterna libertate privetur. Id. hic.

Signa Tau super frontes virorum gementium, ac dolentium, quid dolent? super caulis abominatibus. Ezechiel. 9. 4.

Ex Nova.

Exemplum Christi Domini.

Iesus dicitur esse in desertum. Matth. 4. 1. Patet equidem, quod ibidem mundi peccata copiose deserviret, ut pro nostra salute jugiter funderet procer. Dion. Charth. in Luc. 4. Jerusalem! Jerusalem! Matth. 23. 37. Auth. Imp. Op. hom. 46. recordabatur sanguinem sanctorum suorum, qui effusus est ab illis; & qui adhuc postmodum erat effundendus: sed non tamen dolebat de injuria sanctorum suorum; sciens, qualem illis gloriam preparaverat pro morte temporali. Sed de illorum interitu flebat; quibus & in isto seculo mala ventura erant, & in alio peiora. Sylveira c. 47. hic.

Flevit. Luc. 19. 41. Plorat super civitatem ut misericors: non lesens perdit eos, qui in ea. Offendit viscera misericordiae per fletum. Quod enim miserebatur eis, & non solum ante crucem, sed & post crucem etiam, conversionem eorum stitabat manifestum est ex eo, quod post 35. annos Romanis traditi sunt nam propter nihil aliud distulit supplicium, quam quod cupiebat eos converti. Theophylactus hic. Nos sumus Jerusalem, quae deservit. Quod si quis post mysteria veritatis, post sermonem Evangelii, post doctrinam Ecclesiae, post visionem Sacramentorum ejus, aliquis se nobis peccaverit; plangitur, atque fletur. Origenes hom. 29. in Luc.

Turbavit seipsum. Joan. 11. 33. Turbatur plane animus Christianus, non miseria, sed misericordia. Timeat, ne pereant homines Christo: contristetur, cum perit aliquis Christo: laetetur, cum acquirunt homines Christo. Timeat & sibi, ne pereat Christo, istae quatuor, quas perturbationes vocant; timor, & tristitia; amor, & laetitia: habent eas justis de causis animi Christiani. V. Beda hic. Non timet crucem, non mortem: horret Judae peccatum. Euthym. pra. nimia compassione turbatur: vehementer enim super eo dolebat. Velloso in Judith. 6. Parzén. 9.

Exemplum S. Pauli.

Inciutabatur spiritus ejus in ipso, videns idololatricam aedificatam. Act. 17. 16.

Serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis. Act. 20. 19. Flebat ex compassione, tum ob Christianorum infirmitates; tum etiam ob Judaeorum, & Gentilium duritiam; quod ad veram fidem traduci volebant. Sylveira hic q. 5.

Scripti vobis per multas lacrymas, 2. Cor. 2. 4. S. Chryl. hom. 66. ad pop. quoniam de suis non habebat, quid lugeret; hoc pro alienis agebat.

Quis infirmatur? Cor. 11. 29. Peccata proximiora sunt amaritudo iustorum. Hugo Card. in Job 23. 12.

Exempla alia, & motiva.

Beati, qui lugent. Matth. 5. 5. propria, vel proximorum; peccanda deservit, & ad patriam suspirando; vel Christo passio, ac crucifixio compatiendo cordialiter. Dion. Carth. hic.

Beati, qui persecutionem patiuntur. Matth. 5. 10. Non est solum persecutio attendenda in illatis corporaliter poenis; & in his malis, quae possunt lingua proferri: sed iustis pati a virtute dissimiles mores, etiam nullis illatis, corporaliter poenis, aut dictis adversis, magna persecutio est. Cruciatu est Amatori Dei, videre quod sibi displicet, & divinam habet offensam. Non enim potest verus Dei cultor sine persecutione transire, videns quippiam divinae Majestati ingratum. Amor ad dilectum injurias dilecti suas persecutiones facit, etiam si se ipse circumquaque pacatus. Sim. Cass. l. 10. c. 11.

Exiunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum. Matth. 13. 49. S. Chryl. l. 47. portate iusti, portate; imo inducias iusti date: brevis ista mixtura longa separatione pensabitur. q. d. malculo animo tolerate cruciatu, quos numinis offensae vobis afferunt? aeterna gloria vobis dolor iste compensabitur. Did. Nyss. fer. 2. Dom. 4. Quadr. 4.

Contristati sunt valde. Matth. 18. 31. Non possunt servi Dei sine dolore hominum delicta aspicere. Efcobar t. 6. Par. Chr. l. 2. sect. 2. §. 3.

Nunc dimittis servum tuum Domine. Luc. 2. 29. Graec. nunc dimittite, q. d. ex mente Timothei Ierofolymitanior. de occurso Dom. nunc dimittite: etenim Spiritus S. qui in me est, palam ostendit, quae in te futura sunt. Dimitte me nunc, obsecro, ne videam coronam ex spinis contextam; & ne videam servum alamp infligentem; ne videam lanceam in te adactam: ne te videam clavus cruci affixum. Sic iustus mavult vita excedere, quam videre, denuo a peccatoribus Filium Dei crucifigi. Did. Nyss. f. 2. D. 4. Quadr.

Plorabitis, & fletibus vos. Joan. 16. 20. Veri Christi Discipuli plus cruciantur in animo ex corruptis hominum moribus, quam si quaeque flagella in propriis corporibus paterentur. Major plorandi causa, quod convicia jaculabantur in Chri-

stum, quam ex his; quae in propriis corporibus tolerabant. Sim. Cass. l. 12. c. 14.

Verè Christus finis est dolendi, atque gaudendi: offensus, vel amatus; perditus, vel inventus. Id. ib.

Vos contristabimini amplius pro his, quos videbitis inaniter exultare; quam pro malis cogemini tolerare. Amplius ingerit tristitiam charitas proximi, cum delinquit; quam poena proprii corporis cum cogit. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Non omnis tristitia in gaudium vertitur; Sed multorum augebitur in perpetuum; ut hic incipiat poena in Inferno aeternatur. Sed vestra, qui pro veritate patimini, qui pro Dei fletis injurias; de proximorum malo ex charitate doletis. Id. ib.

Ex Patribus, & aliis.

Pia est ista tristitia; & si dici potest, beata miseria, vitium alienis tribulari: non implicari memore, non habere: dolere contrahi, non amore attrahi. Hac est persecutio, quam patiuntur omnes, qui volunt in Christo pie vivere. Quid enim sic persequitur vitam bonorum, quam vita iniquorum? non cum cogit imitari, quod displicet; sed cum cogit dolere, quod videt. S. Aug. ep. 145.

Quisquis Dei cultui seipsum addidit; tadio, anxietate, & moerore afficitur, ob multorum hominum improbitatem, atque interitum. Cujusmodi erat ille, qui dicebat. Michaez 7. 1. 2. Vix mihi quia perit sanctus de terra, & relictus in hominibus; non est. S. Chryl. in Pl. 101.

Extraneum se esse a charitate fatetur, qui peccanti non compatitur proximo. S. Laur. Just. in fasc. amor. c. 14.

Compassio vera, & perfecta, ad Deum est, incessanter in corde tristitia vulnerari in omnibus injuriis Deo illatis, & adhuc inferendis in se, & amicis suis. Albert. M. Parad. an. capit. 12.

Tristitia vera, est dolor proprii cordis pro omnibus injuriis, quas patiens Deus innocenter toleravit a creaturis suis a principio mundi, & usque in finem saeculitatis; tam a spiritualibus, quam a secularibus hominibus. Iste dolor innumera- biles lacrymas sanguineas elicere debet ab oculis gloriosorum amantium Deum. Id. ib. c. 24.

Quanta compassione dignus est nunc ferre totus Mundus, considerata in quolibet statu paupertate divinae cognitionis dilectionis, & timoris. Quis non debet per compassione cum Apostolo infirmari? 2. Cor. 11. 29. Bernardinus tom. 2. fer. 4. in Dom. Quinquag.

S. II.

Ob aliena peccata time, cave, corrige.

Symbola.

Visitans speciem tuam non peccabis. Job 5. 24. Rich. a. S. Vi. dor. in c. 4. Cant. Species nostras est proximus noster; in quo inspicimus, quid nos sumus. Speculum infirmitatis propriae, sit infirmitas aliena. Hugo Card. in c. 1. Gen. 24.

Lacubatur iustus, cum videtur vindictam; manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Pl. 57. 11. Quomodo iustus gaudet ex intuitu poenarum impiorum? S. Chryl. ep. ad Philemonem: non gratulando insultans; abste! sed metuens, ne patiatur eadem; emendare intima sua, vitamque omnem corrigere studet. Did. Nyss. Phoen. Graec. l. 3. c. 2.

Ulna avis, quia cecidit cedrus. Zach. 11. 2. Fortibus cadentibus imbecilliora erudiantur. Isidor. Pelus. lib. 1. epistol. 73.

Cecidit secus viam, & conculcatus est. Luc. 8. 5. Damnosa illa negligentia cauti facti auditores verbi divini, in corde bene, & optimo audientes verbum retinent. v. 15. Aliorum lapsus sint tux columbae.

Gratioso fit pro libro Aman, avato epulo, praesidenti David, sapienti Salomon, forti Sampson &c. Did. Nyss. Pol. Cel. p. 1. c. 7.

Ob lapsum Luciferi.

Ipsa est principium viarum Dei. Job 40. 14. Cur? aut quomodo dicitur initium Viarum Dei? aberrationem potius a Deo principium dici meretur. Respondet. S. Greg. l. 4. c. 1. in 1. Reg. 8. de illa Angelorum curia legimus, quia de apostata primo Angelo scribitur: ipse est principium viarum Dei. Sed quia ante omnia conditus est; per superbiam cecidit: & in ejus ruina Sancti didicerunt, quia virtute stare potuissent. Magnae enim misericordiae est, cum vindictam Deus irrogat; quia, dum reprobos punit, Sanctos erudit; ut, unde illi deficiunt, isti in suis profectibus adjuventur. Apud Did. Nyss. ante citatum.

Videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem. Luc. 10. 18. Quid Sathanae casum refert, cum Apostoli Sathanae expulsionem commemorant? S. Gregor. mor. lib. 33. cap. 4. ne de hac miraculorum singularitate gaudent; illico eis respondebat Dominus dicens: videbam Sathanam &c. Ipse quippe

pe singulariter elatus dixerat: supra astra Dei exalabo solium meum &c. Il. 14. 13. Et mirè Dominus, ut in Discipulorum cordibus elationem premeret, mox iudicium ruinae retulit, quod ipse magister elationis accepit: ut in auctore superbia discerent; quod quid de elationis vitio formidaret. Naxera in Jos. 11. §. 6.

Si altissima illa sublimitas cecidit, quis cadere non possit? si in caelo ruinae; quanto magis in terra. S. Hieron. l. 2. adv. Jovin.

Si sic actum est cum Angelo, quid de me fiet terra, & cinere? ille in caelo innumuit; ego in sterquilio. Quis non tolerabiliorum in divite superbiat, quam in paupere, ducat? Vix mihi si tam dard in potente illo animadversum est, pro eo quod elevatum est cor illius. S. Bernardus l. 54. in Cant.

Ille plangit utiliter, qui spiritu humili perferatur, & perpendit; quid sibi faciendum sit; cum summus ille Angelus, tam sapiens, terribiliter projectus est. S. Rupertus. lib. 2. c. 3. de vict. v. 3.

Ob lapsum aliorum.

Multus fuit olim Deus in Josue animando, cum cum Moysis loco substituit: nam uno, eodemque c. 1. 9. ter inculcavit: confortare, & esto robustus. v. 6. & quidem ultimo loco v. 9. validius: ecco praecipio tibi, confortare, & esto robustus: nolite timere, & nolite timere. Arguit tam vehementem adhortatio; fuisse Josue ingenti metu percussum. Sed unde? Lyranus: viderat Josue, quod Moyses sanctissimus peccaverit in aquis contradictionis. Deut. 34. 4. propter quod privatus fuerat ingressu terrae promissionis: & idem merito timebat; nisi sibi aliquid simile accideret. Mendoza in 1. Reg. 3. 11. lect. 3.

Peccavi Dominus. 2. Reg. 12. 13. Magna hujus tam magna turris ruina! magnum spectaculum! in quo quisque nostrum viderat; quia nunquam, dum vivit, de ista sui firmitate securus esse debet. S. Rupertus l. 2. c. 33. in 2. Reg. 11.

Cadent a latere tuo mille. Pl. 90. 7. S. Chryl. hic: quid est, cadentis? hoc Propheta Christo dicit. Multos videmus Eremitas, vel bonos Christianos, jam sic perfectos esse; ut pro sancta via sua, qua perseveraverunt in solitudine, & in sancta Religione, lateri Christi sint applicati: sed lub elatione aliqua decepti, vel illusionis diaboli perturbati, faciunt lapsum; & quasi a latere Christi cadunt. Ergo isti, qui jam propè sunt, ut perveniant ad Christum, subito in exitu vite suae transeunt ad aliena nefaria, & impudica; & cadunt a latere ejus mille, Arceon in Il. 2. 2. Disc. 3.

Ne glorieris in crastinum. Prov. 27. 1. Hodie gratus es Numini? ne glorieris inaniter; qui crastina die potes a dextera Dei deturbatus ipsum Dominum, avaritiae, aut libidinis, vili pretio tradere. Orig. hom. 11. in Matth. adhuc Judas forsitan dignus erant cum coeteris seorsim accipi, & audire, quae passurus erat Magister adhuc nesciebat Judas, quid esset facturus: sed nec aliquis nostrum scit: nam & omnibus dictum est: ne glorieris in crastinum; nec enim scis, quid superventura pariat dies. Efcobar. t. 5. Proph. Chr. l. 5. sect. 5. Obf. 1.

Error Petri doctrina iustorum est; & titubatio Petri omnium petra est. Ambros. lib. 10. in Luc. 22. de negotiatione Petri.

Inclinans se deorsum, digito scribentem in terra. Jo. 8. 6. Cum peccantem conspicimus alium, mox inclinemus deorsum: id est, quam dejecti ex nostrae conditionis fragilitate sumus; si nos non divina pietas sustentet, humiliter inspiciamus. V. Beda hic.

Qua vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus. Apoc. 11. 8. Nemo de sua virtute praesumat; sed timeat, ne cadat: cum sanctissima quondam civitas in tot lapsa sit scelerata, ut Sodoma vocetur. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sit casus majorum tremor minorum. S. August. in Pl. 50. Ad hoc peccata illorum hominum (magnorum virorum) scripta sunt; ut Apostolica illa sententia ubique tremenda sit, quae ait: itaque qui existimat se stare, videat ne cadat. 1. Cor. 10. 12. Nulla enim ferè pagina est sanctorum librorum, in qua non sonet, quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. S. August. de doct. Chr. l. 3. c. 23.

Nimium precepit est, qui transire contendit, ubi conspexit alium cecidisse. Vehementer inflens est, cum non incuti- tur timor alio pereunte. S. August. lib. de singularit. Cleri- cor.

Unusquisque, tremat, cum alterum videt exisse: tanquam ex illius exitu dicatur illi: quapropter qui se putat stare, videat, ne cadat. Id. in illud Psalm. 106. servavit eos in in- via &c.

Aliorum ruina exempla iustorum sunt; dum omnes infir- mo, & imbecillo statu, fluctuantique vestigio, in isto seculo commorantur; & nunquam est nostra certa, securaque, victo- ria. S. Hieron. in Ezech. 26.

Quid in alterius ruina exultas? nunquid, si ego cecidero, tu stabis? Licet ruina mea sit, ruina fratris; timor tuus esse debet, non exultatio. Id. in Pl. 99.

Ne insultetis cadentibus: & alienam ruinam vestram aedifica- tionem putetis. Id. in 2. Michaez. Monstrat insuper divina scriptura, & iustos saepe lapsos; & peccatores magnam agentes poenitentiam: quo utriusque sufficiens nobis esset remedium: & neque, qui fletit, praesidentior sit, videns & iustos cecidisse; neque qui in peccatis est, desperet; visis tot, qui respuerunt, & ad summum virtutis apicem pervenire poterunt. S. Chryl. hom. 21. in Gen.

Heul quanti post gloriosos agones, de ipso principe mundi legitime triumphatos, fugienti terga dederunt, & victores jam victo se sponte curarunt. S. Bernard. f. 11. in Cena Dom.

Dum cadunt, qui nobiscum stare videbantur; nos qui adhuc stare videmur, similem nobis casum evenire posse humiliter con- sideremus. S. Rupertus l. 7. in c. 6. Joan.

Compendiosum est felicitatis genus, alterius periculo disce- re, quid debeas vitare. S. Zeno Veron. f. 6. de Isaja.

O quanti delicti sunt, & perierunt; qui innocentes me fuerunt! Thom. Kemp. fol. an. c. 16.

TITULUS XVII.

PECUNIA

S. I.

Symbola. Vocabula varia.

Luminare majus. & luminare minus. Gen. 1. 16. Argen- tum, & aurum sunt duo magna mundi luminaria. Ar- gentum luminare minus; majus aurum. Solem, & Lu- nam adorabant Aegyptii, Persae, & Graeci; argentum, & aurum, nemo non. Drexelius Ros. select. v. p. 2. cap. 9. §. 2.

Centum agni. Gen. 33. 19. Pro agni Hebr. est Kefesca, quod RR. nummos vertunt. Possunt enim cum Pineda per agnos, vel oves centum, accipi centum nummi; qui dicantur agni, vel oves: quod ovis effigiem insculptam haberent. Cornelius hic.

In gladio, & arcu mox. Gen. 48. 22. Dices: hunc agrum emit Jacob c. 33. 19. & Jos. ult. 32. Quomodo ergo dicitur hic, quod cum acquireret gladio? S. Hieron. in gladio, & arcu, id est, in fortitudine, puta pecuniam, quam multo labore, & sudore, acquisivi, Hebr. Kefesca ambiguit est, si- gnificatque nummum, sicut latinus sagittarius. Hinc dictum Agefilai: se ex Asia pulsum triginta 1000. sagittariorum; cum Perfarum Rex ea numerorum summa, corruptus per Timocra- tem Atheniensibus, effecisset, ut in provincia discederet. Cornelius hic.

In manu forti eduxit te Dominus de Aegypto. Ex. 13. 9. Et armati ascenderunt filii Israel de terra Aegypti. v. 18. quod explicatu difficile est; cum eo conset, ab Aegyptiis, ne contra illos insurgerent, antea esse exarmatos. Non alio recur- rendum censet Hieronymus, quam ad ea Pl. 104. 37. verba: eduxit eos cum argento, & auro. Horat. l. 3. od. 16. aurum per medios ire satellite, & perempere amat faxa, potentis igne fulmineo. Doultreman de am. lib. 2. Amor pat. c. 1. Sect. 1.

Adhaesit capite ejus quercui. 1. Reg. 18. 9. Crinis Abfolon, quo suspenditur, radix omnium malorum avaritiae est: ubi haec radicaverit; omnium malorum caesaries abundabit. Drog. OR. de Sac. Pals. Dom.

Sicut protegit sapientia, sic protegit pecunia. Eccl. 7. 13. Hebr. sicut in umbra sapientiae, sic in umbra pecuniae, scilicet confidit, & conquiescit, & securè obdormit homo. Cornelius hic.

Pecunia obediunt omnia? Eccl. 10. 19. Id est, propter pecuniam sunt omnia. Magna Abbatisa est pecunia; & magnum Conventum habet; cui omnia obediunt. Hugo Card. hic.

Nabuchodonosor Rex fecit statuum auream. Dan. 3. 1. Nunc aurea imago (ut olim statua aurea Nabuchodonosoris) propo- sita est, pecunia scilicet: in qua tyrannica quaedam mam- monae formatur effigies, & ad serviendum sibi subditorum corda sollicitat. Hanc statuum adorare nolentes dicit, mitti in fornacem pauperatis: est enim terribilior pauperis igne; & amplius ferre contulievit. Sanct. Chryl. hom. 4. in cap. 1. Matth.

Fluxum, & inconstans, hujus lucis aurum est; & quasi sphaera luxuria: ab alio statum ad alium transit. S. Asterius Ep. hom. in festum Kalendatum.

S. Franciscus Seraph. nummos vocabat muscas: musca enim semper molesta, & importuna est; sive comedas, bibas, stu- deas, legas; dormias; faciem infestat; ut sanguinem sugat: abacta redit ad sugendum, & vexandum. Sic curae de divitiis. Diez Avaritiae.

S. II.

Pecunia quantum ametur, aestimetur, & valeat.

Vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis. Gen. 37. 28. Mirum est: cum de occidendo Joseph agitur, aut mit- tendo in cisternam; patronos habet, qui descendant: at cum de

de vendendo concluditur, nemo mutat; tacent omnes, & consentiunt. Judas pondus addidit: quid nobis profuerit? quod inde commodum? venundari prestat; denarios inter nos particiatur. Acqueverunt omnes sermonibus illius. S. Chrysol. l. 29. sic proprii lucri cupiditas cecavit mentes eorum, sic corda depreffit; ut non offensam Dei, non Sancti Patris dolorem non proprii sanguinis sentium, meminisse permiserit. Pauletij. D. 3. Adv.

*Pecunia obediens omnia.* Eccl. 10. 19. Hebr. humiliat, & subjicit sibi omnia. Vel, exaudiat omnia. Vel, respondet omnibus. Alius vertit: argento humiliant se omnes. Aptè Poetæ Jovi dederunt imperium cœli, Neptuno maris, Plutoni inferorum: quia opes ex inis terræ visceribus eruuntur; & avaros ad Infernum deducunt. Cornelius hic.

*Nemo potest duobus Dominis servire.* Matth. 6. 24. Nummus est terræ omnipotens Deus. Tertul. l. 4. Ad. Marcionem: injustitiæ cultorem; & dominatorem totius sæculi; nummum scimus omnes: duos enim dominos nominavit, Deum, & mammonam; Creatorem, & nummum. Hic tyrannus potestate sua quodammodo exarquat verum, & legitimum Dominum, qui est Deus. De quo Prov. 21. 1. cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illum. Et quid dominus nummus? dicit Ecclesiasticus 8. 3. multos perdidit aurum, & argenteum, & usque ad cor regum extendit, & convertit. Quid extendit? Pineda in Eccl. 10. 19. extendit dominatum, & imperium, & convertit illorum corda, quocumque volet. Apoc. 19. 16. in semore suo scriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium. De nummo Eccl. 10. 19. pecunia obediens omnia Cajet. argenteum humiliat omnes. Did. Nyss. D. 14. Pent. §. 2. Residue trisiginta argenteos, & procellis argenteis in templo. Matth. 27. 3. 5. Vide, quam magni faciebat illos: non projecit eos in sterquilinio, sed in templo: nimirum talibus semper diis templum suum devoverat. Drogo Ost. de Sacr. Pass. Ubi pecunia, ibi Rex; Drogo Ost. de Sacr. Pass.

§. III.

Pecuniam spernendi motiva.

*Non est factum tale opus in universis regnis.* 3. Reg. 10. 20. Salomon è puro auro fustes sex gradus fecit ad regale forum ascendendum; teste Philone lib. 1. de Monarchia. Solum speratum in cœlo fulmine, delictis plenum, & stabile. Ad hoc tutissimè itur per argenteos, & aureos; gradus; sed caleatos. Drexelius Ros. fel. vir. p. 2. c. 9. §. 3.

*Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam.* Matth. 23. 9. Cur hoc solum prohibentur? cur non etiam greges, & armenta boum, & ovium? Christus D. informabat eos in omni perfectione: & hoc maxime consistit in auri & argenti contemptu. Sylveira in Act. 20. 33. q. 11.

*Vendebant ante pedes Apostolorum.* Act. 4. 35. S. Hieron. ep. 8. ad Paulinam, quando Domini nostri adhuc calebat cruor, & fervebat recens in cedentibus fides; vendebant omnes possessiones suas, & pretia earum ad Apostolorum deferebant pedes? ut ostenderent, pecunias esse calcandas, nihilque faciendas.

*Argentum, aut aurum nullius concupivi.* Act. 20. 33. Quid homini pecunia sua? nisi quoddam vitium est. Multa oneri, moderata usui: vitiores fumus vitæ hujus. S. Ambros. ep. 44.

*Pecunia servus DEI nihil aliud est, quam diabolus, & coluber venenosus.* S. Bonaventura c. 7. n. 5. vitæ S. Francisci, fratribus usum pecunie interdicens ajebat. Foenus pecuniae, funus est amicitiae. S. Leo de jejunio decimi mensis.

TITULUS XVIII. PERFECTIO.

§. I.

Symbola.

Numeri Varii.

*Mille elypei.* Cant. 4. 4. Mille hic pro perfectione ponitur: quia in millenario numero omnes numeri perfecti complemur. S. Gregor. hic.

Centenarius numerus plenus in omnibus, & perfectus, ostenditur. Orig. hom. 2. in Gen.

Perfectionis signum denarius numerus est. S. Cyrill. Alex. in Joan. l. 4. c. 51.

Quaternarius numerum perfectioni sacratum penè nullus ignorat. S. Prosper l. 3. c. 18.

Quadragesima quatuor decades, quadratam fidei continent disciplinam: quia semper est quadrata perfectio, Chrysol. l. 1.

Alia Symbola.

Psalmi quatuor cantantur in Completorio ad significandam perfectionem. Beletus Rat. div. off. c. 53.

Plalterium est homo consummatus in Christo: in quo, sicut arte concinentium fila chordarum; ita convenientium resonant opera canora virtutum. S. Ambros. in Pl. 40. ad finem.

*Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.* Pl. 115. 15. Mors Sanctorum dicta pro perfectione in Sanctitate. Dion. Ateop. l. de Eccl. Hierarch. c. 3. p. 3.

*Eulcite me floribus, sicut me malis.* Cant. 2. 5. Per flores generi quique, & incipientes; per mala verò perfecti Fideles designantur. S. Greg. In floribus tenera adhuc virtutum primordias; hic in malis perfectio significatur. V. Beda hic.

*Descendi in horcum nucum.* Cant. 6. 10. Quid per nuceis nisi perfectos quosque intelligimus? qui, dum divinum Sapientiam intrâ corpora sua retinent, quasi nucleum in fragili testa portant. S. Gregor. hic.

*Similitudo aureæ vultus eorum, facies hominis.* Et. Ezech. 1. 10. Quoniam justus quisque per rationem homo, per sacrificium inortificationis sua vitulus, per fortitudinem securitatis, leo per contemplationem verò efficitur aquila; & rectè per hæc sancta animalia signari uniusquisque perfectus potest. S. Greg. hom. 4. hic.

Cælum in continuo motu Lem. indefessus agendo. Perfectionis Christianæ Symbolum. Picinelli.

§. II.

Perfectionis motiva ex parte Dei.

*A Cædis, ut peccarent dno Eunucho, pincerna Regis Egypti & pistor, domino suo. Iratus contra eos Pharaon misit eos in carcerem.* Gen. 40. 2. 3. Abulenfis ex Rabbini refert: peccatum istud fuit, quod pistor negligenter dimisit unum lapillum in pane; & quod Rex forte deinde offendit. Et pincerna peccavit: quod in vino regis cedentes offendit. Docuit Pharaon, ea reverentia regiam Majestatem debere coli; ut peccatum nullum possit ab ejus oculis reperiri. Naxera in Jos. 17. §. 17. Circuite terram, & describite eam, ac revertimini ad me: ut hic coram Domino in Silo mittam vobis scitum. Jos. 18. 8. Descriptio ad Josue, examen ad Dominum, & ejus obtutum vocatur: ut omni solerti a invigilante metatores; nec patiantur principis oculos offendere erratum. Id. ib.

*Non videmus, donec ablatum infans & deum cum, ut apparet in conspectu Domini.* 1. Reg. 1. 22. Cum vir Anna Alcana, totaque domus, ad immolandum solemnem hostiam ascenderet; Anna ubera fugentem timuit divinis oculis presentare; domique mansit, perfectionem pueri præsolata atatem. Gellivis puerum omnibus pritis imperfectionibus delectare. Id. ib.

*Ego ego in paupertate mea præparavi impensas.* Et. 1. Paral. 22. 14. Dices: quomodo ergo David hoc veru ait, hæc de collegisse in paupertate? Resp. quia hæc omnia pro Dei dignitate, & majestate, erant, & parva, & pauca. Corn. hic.

*Si offeratis claudum, & languidum: nonne malum est? Offer illud duci tuo, si placuerit ei.* Malach. 1. 8. Vitiolas victimas immolabant Sacerdotes; sibi que retinebant illas, quæ sane essent, & integre; & plus videbantur utilitatis habituræ. Interlinearis: offert illud Duci tuo: potius respuerit, & sibi injuriam factam putaret: & offers Deo, quod non auderes homini offerre. Naxera in Jos. 21. §. 16.

*Maledictus, qui immolat debile Domino.* Malach. 1. 14. quia Rex magnus ego, ib. Et proinde magna mihi conveniunt, & debentur; eximia scilicet, & perfectissima. Cornelius hic.

*Non sum dignus, ut intres sub testum meum.* Matth. 8. 8. Non dicit domum, sed testum, quod est quid minus, & solum defendens ab injuriis aeris. Ita enim præ humilitate omnia sua ad suscipiendum Christum ei parva videbantur. Sylveira hic.

*Effudit super caput ipsius recumbentis.* Matth. 26. 7. Murmurabant Discipuli de pretiositate unguenti. Respondet Dominus, apud mulieris illius animum non esse unguentum hoc pretiosum; sed si pretiosus habuisset, pretiosius custodisset: tantum facit; sed quia non habuit pretiosum, quod habuit, hoc fecit. Arcones in If. 4. Disc. 3.

*Quid molesti estis huic mulieri?* Matth. 26. 16. Sciens Jesus, quam bene mulier ista fecisset; & quam injustè Judas indignaretur; videt etiam alii, qui adhuc rudes erant; nec Magistri sui dignitate pensabant: cujus erat tanta nobilitas, ut totius Mundi unguenta minus pretiosa essent ad ejus contactum, & persuasionem, ait illis: quid molesti estis. Dionys. Carth. hic.

*Erant iusti ante Deum.* Luc. 1. 6. Hebræa phrasi coram Domino est; quod undequaque absolutam habent virtutem. Cum enim Scripturæ aliquid magnum, & excellens, significare volunt, usitata phrasi dicunt: coram Domino. Stela hic.

Quæ

*Quis benefaciens deducet dignè Deo.* 3. Joan. 1. 6. Dignè Deo, id est, tali modo, qui dignus censetur Deo. q. d. divine, regis, largitur. Moralièr, examinet se quisque Fidelis; an opera ejus sint plena perfecta; & tam præstantia, ut sine digna Deo? an agat, & vivat dignè Christo. Donum, quod regi offert, non quale, quale; sed eximium; & regium, esse decet. Hoc ergo ubi in omni opere, ut id excellenter facias, sit stimulus: fac hoc dignè Deo. Et ut ait Eccl. 33. 23. in omnibus operibus tuis præcellens est. Coloss. 1. 10. ut ambulatis dignè Deo per omnia placentes. Cornelius hic.

Quoniam magnum habes Dominum, sis tu quoque celsus; & te explicata à rebus, ad hæc vitam pertinent. Sume Spiritus, qui superent præsentium rerum humilitatem. S. Chryl. in Pl. 144.

§. III.

Nihil age vulgare, quod plerique.

Ex Veteri.

*Erant viri ille magnus inter omnes Orientales.* Job 1. 3. Sancti Gregorius mor. 1. c. 3. 4. Magnus non inter Occidentales, sed Orientales. Orientales viros esse prævidit, quis ignorat? Magnus verò inter Orientales extitit; ac si aperte diceretur: quia & divitiis ditior fuit. Did. Nyss. Phoen. Gr. l. 7. c. 8.

*Vultum eorum deprecabantur omnes divites plebis.* Pl. 44. 13. Nominè vultus, juxta Basil. Chrysol. Theodor. Euthym. significatur Christus. Querit Jacobus de Vorag. serm. 42. de Quadrages. cur non dicitur, pauperes deprecabantur? illi verò Incarnato supplices tendent manus, ut illorem inopis sua largitate subveniat? Resp. ut Christi ostendatur potentia, & largissima affluentia; ideo dictum, quod omnes divites; non pauperes plebis, ad eum venturi essent. Hæc enim excellens opulentia est, esse tam abundantem; ut distissimi, si cum illo conferantur, videantur pauperes; & mendici. Idem ibidem.

*Si ignorat te &c.* Cant. 1. 7. Si nihil egregium post hæc omnia, quæ in te collata sunt; agis; neque temetipsum cognoscens a conversatione gregali sequestraveris; eris non solum in gregè, sed in veltigis gregum. Ultimus enim fiet & novissimus; qui primatus suos non intellexerit. Orig. hom. 2. hic.

*Odor unguentorum, aromam super omnia aromata.* Cant. 4. 10. S. Chrysol. in Cathena Græca: maximum est, minores virtutis partes explevisse; verum multo majus est, in eo, quod summum est, summè ceteris antecellere.

*Non est inventus similis illi, qui conservavit legem Excellentis.* Eccle. 44. 20. Non dicit quibus fuerit Legis diligentissimus observator &c. sed quod non est inventus similis illi. Inruit: quod ab ipsa singularitate justis probis maxime nobilitetur. Carthul. nemo tempore suo, quo Deo in sanctitate servivit, fuit ei equalis in præclaritate virtutum, ac meritorum; sicut illud à qualis exponitur: nunquid consilivisti seruum meum Job; quod non sit ei similis in terra? Job 1. 8. Sylveira in Matth. 10. 31.

Ex Novo.

*Ubi est, qui natus est Rex Judæorum?* Matth. 2. 2. Unde Regem noscunt? Vidimus stellam ejus. Lucebat sole lucente; quia aliarum stellarum splendorem luce sua fugat. Si stella illa nocte luxisset, non hæc tanta magnificentia fuisset. S. Isid. Pel. l. 3. ep. 30. qui non ob adversariorum imbecillitatem, victoriam assequitur; sed ob virium suarum magnitudinem, fortes viros superat; clarus, atque illustris est; dignisque, qui publico præconio celebratur: nam tum demique victor prædicaberis, si summa virtute præditos superes. Quod pignæum gigas sternat, nec mirum id, nec magnum; sed si gigantem pignæum vincat gloriosum. Justinus hist. suæ l. 14. c. 4. de Antigono: tantò prærior hæc Antigono, quam Alexandro, tot victoriarum fuit: ut, cum ille Orientem vicerit, hic etiam eos, à quibus Oriens victus fuerat, superaverit. Did. Nyss. D. 2. Epiph. §. 3.

*Multis passeribus meliores estis vos.* Matth. 10. 31. Luc. 12. 7. multos passeribus pluris estis vos. Tertull. l. de resur. carnis c. 14. multis passeribus antestare nos Dominus pronuntiavit: Si non & phœnicibus nihil magnum. Homines semel interibunt, avibus Arabiæ de resurrectione securis. Si enim phœnice non essent præstantiores nihil magnum: in actibus enim eroicis non solum debemus excedere vulgus; sed etiam eos, qui rari sunt, ut Phœnix. S. Hieron. ep. ad Pamach. de eodem: antequam Christo tota mente serviet, non esset in senatu; sed multi alii habebant infusa singulares. Totus orbis hujusmodi honoribus plenus erat. Primus erat; sed inter primos. Quamvis clarus honor, vilescit in turba: latent in multitudine laureæ. At nunc omnes Ecclesiæ Pamachium loquuntur. Sylveira in Matth. 10.

*Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas.* Matth. 14. 28. Veni, noli trepidare; sed curre: nihil enim te dignius,

nihil Christo gratius, quam si ambules aucter super undas, quas coeteri navigio transmittunt. Hoc enim omnibus præstandum, qui Apostolos sectantur: præstantior nobis incunda via, quam vulgus non atterat. Eluxit hoc in Deimilibus. Sampson maxilla. Judic. 15. 15. David funda contra hostes triumphavit. Si Deo militas, audeas necesse est, quod ceteri non solent. Cohors Gedeonis tota imbellis cogitur, inermis pugnat; non gladiis, sed legemini, delet Madianitas. Judic. 7. 20. tubis Jericho corruit. Judic. 6. 20. 2. Machab. 11. 20. 21. Sacrificia, quæ impensa erant, justè sacerdos Neliyas aspergi ipsa aqua accensur est ignis magnus. v. 22. Mos Dei hic est; ex aqua ignem elicit &c. Oliva l. 5. Strom. §. Domine, si tu es &c. Vide hic plura in hæc materiam.

*Resplendat facies ejus sicut Sol &c.* Matth. 17. 2. Tunc Pater æternus v. 5. hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit ipsum audire. Cur non simul illum videri jussit? Certè talis erat; ut non minus videri, quam audiri mereretur: Vult, ut in filio admireretur, quo excidit reliquos. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Joan. 7. 46. Ut viderent Filium, non præcipiebat, quia, quæ in illo tunc, eadem in sole, in nive, videri poterant: quasi, indicare volens; non expectandos applausus, si hæc solum facias, quæ plerumque vel ab omnibus, vel à pluribus fieri solent: Did. Nyss. D. 10. Pent. §. 2.

*Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit.* Matth. 25. 6. Itane verò concubia nocte venit Sponsus? media nocte, quando foris profundissimus, inquit Hieronymus: nonne commodius venisset ad horam octavam, aut nonam; quando Virgines etiamnum pervigiles Sponsa alacres occurrere potuissent? Cur tam intemptivus adventus huius horis, quibus plerique stertere solent? Reperisse in excubiis Virgines tunc; cum omnes pervigilant, nihil hoc magnum, nihil eximium fuisset; sed infomes invenire, cum coeteri somno indulgent, id laude dignum. Id. hic.

*Non sum sicut ceteri hominum.* Luc. 18. 11. Levis gloriosa est, sibi de hoc placere, quod communiter habent omnes. Si se sic Phariseus supra alios extulisset; & meliorem, sanctioremque, iis prælicasset; tolerari laus hæc potuisset; si tamen vera fuisset: sed quod de hoc solum gloriatur; quod non esset adulter, raptor; inanis jactantia fuit. Id. ib. Audi, præ quibus unctum se gloriatur: non magna gloria, non super aromata; sed super sulphura coeterorum. Gilbertus l. 38. in Cant. Qualis gloria? si dicerem, quod rosa florum imperatrix fragrantia sua fuderet ardentem picem, ferventem resnam; vel sulphur, cum fumat. Did. Nyss. l. 7. Phæn. Gr. c. 8.

*Ascendit in arborem.* Luc. 19. 4. Nisi supra turbam te erigas, non videbis Christum. Multi è via Christum videntur transeuntem; illi viciniore, quam Zachæus: quibus superis, unum Christum Zachæum elegit; quod generose in turba supra turbam se querit. Oliva l. 13. Strom. hic.

Petrus affixus Crucis martyrio coronatus est; at in sublime pedibus elevatus crucem resupinus ascendit. S. Hieron. l. de Script. Eccl. si queras, cur Petrus contra, ac alii solebant, crucis ingi voluerit? Respondet S. Ambros. ut ipse sibi excraret supplicium. Nihil singularis erga Christum amoris ostentare se Petrus exultabat, si more, & morte, communi occumberet: itaque resupinus, quod innotuit, crucem ascendit; ut faceret plus aliis, nam hoc facere, quod vel omnes, vel plerique faciunt, non est gloriosum. Did. Nyss. D. 10. Pent. §. 2.

§. IV.

Perfectionis motiva varia.

*Creavit Deus hominem ad imaginem suam.* Gen. 1. 27. Haber homo in creatione sua, ut sit imago, fiat ad similitudinem. Ubi tibi gratia? quamobrem coronatus? Si Creator omnia dedit; quomodo tibi patet ascensus ad cœlum? Unum igitur dedit, alterum inchoatum reliquit: ut te ipse perficiens dignus fias, qui à Deo præmium, & mercedem consequeris. S. Greg. Nyss. orat. 1. in faciamus hom. &c.

*Da ergo mihi montem istum, quem possidens est Dominus &c.* Jos. 14. 12. Glossa: nihil humile, nihil dejectum, Sanctus requirit; sed montem excelsum; in quo sunt civitates magnæ, & munire. Naxera hic §. 25.

*Decet nos implere omnem justitiam.* Matth. 5. 15. Rectus est omnem rediens in eum. Hoc est, quidquid justum est, & verum, sanctum, & DEO gratum; neque quidquam tale reculare; etiam si humile sit, nec ulla lege canium; sed solum consilium, quale hic est, ut ego Christus baptizet à te Joanne. Cornelius hic.

*In magna domo non solum sunt vasa aurea &c.* 1. Tim. 2. 20. Nos operam demus; & quantum possumus laboremus; ut vas aureum, vel argenteum simus. S. Cyprilianus ep. 51.

*Non invenio opera tua pleniorum Deo meo.* Apoc. 3. 2. Plena, id est, perfecta. Idque r. quia, ut arbor florida, sed inftructuosa, pietatis habes speciem; non fructus, & opera, &c. quia non est constans in bene agendo &c. Cornelius hic.

Si

Sicut corpus ad ea, quæ sunt excelsa corporum, idest, ad cœlestia, naturaliter erectum est; sic animus, qui substantia spiritualis est, ad ea, quæ sunt in spiritualibus excelsa, erigendus est; non elatione superbæ, sed pietate justitiæ. S. August. l. 11. c. 5. de Trinit.

Is Domini nostri mos est; ut, quoties videt animam aliquam multo desiderio, promptitudineque intentam spiritualibus inhiantem; liberaliter illam gratia, & opulentis suis donis locupletet. S. Chryf. hom. 4. in Gen.

Talis in foro esto, qualis & in Ecclesiis: talis in rebus, talis in cogitationibus, talis in operibus, talis in verbis; qualis in confessionibus, accuratus, & perfectus. S. Ephrem de poenit.

Cogitatis animi affectibus justitiam inquirere, & ejus vestigiis ea alacritate insistere; quæ venatores insistere solent. Ildorus Clarius l. 2. or. 10.

S. V.

Perfectio quid sit: in quo consistat.

Uit vir unus. 1. Reg. 1. 1. Perfectio viri in præconio ponitur unitatis: ut, qui saculorum potentem despicit, mentem non dividat; Solis superis inhiat; ad ea tantum, quæ de visione conditoris sunt, æterna gaudia suspirat. S. Greg. hic.

Perfecta vita est mortis imitatio. Id. mor. l. 13. c. 7. Illi perfectè diligunt Deum, qui volendo, quod vult Deus; & nolendo, quod non vult, acquiescunt. S. Prosper lib. 3. cap. 15.

Tunc perfectum est unumquodque, cum finem ultimum suum fuerit assecutum: sicut ex opposito omne illud, quod sine suo caret. Gerfon. in Cant.

S. VI.

Perfectionem consequendi media.

Primum.

Pedetentum.

Ad thronum suum Salomon aliis gradibus leuculos statuit, in fumo verò leones. 3. Reg. 10. 19. 20. Celsiora nempe majore peritur cura custodiuntur. Primum gradum tenere volent, cum leuculis confingunt; ambiunt summum, cum leonibus. Putant, non omnes leuculos æqua statura confatos; sed pro graduum discrimine, inæquali gradatim consistere mole. Naxera in Jos. 14. §. 35.

Neque misceant vinum novum in meres veteres. Matth. 9. 17. Per hoc Christus insinuat: quod sicut debilia vasa ferre nequeunt nova vina; sic rudes, & fragiles Discipuli sui nondum dispositi erant ad sustinendum magnum rigorem jejunii: sed innovandi erant per infusionem spiritus S.; quatenus fervorem perfectionis, & abstinentiæ rigorem utiliter possent sustinere. Sed paulatim ad perfectionem ducendi sunt: sicut novitiis in religione conceditur annus probationis; in quo vires proprias experiantur; & pedetentim ad perfectiora exercitia extendantur. Dion. Carth. hic.

Reddite, quæ sunt Cæsari, Cæsari; & quæ sunt Deo, Deo. Matth. 22. 21. Prius Cæsari, deinde Deo: quia etiam natura ad imperfectionem ad perfectius procedit. - Prius Jacob accepit Liam; quam Rachelem Gen. 29. 23.

Secundum.

Quasi semper incipiens.

Factum est vespere, & manè, dies unus. Gen. 1. 5. Matutinum tempus antecedit vespertinum: videtur ergo potius dicendum, factum est manè, & vespere. Stephanus Cant. in Alleg. Tillmanni: bene post vespertinum sequitur manè; quia vespere significat perfectionem operis, manè autem inchoationem. Licet sis in virtutis perfectione, tamen sic te habeas, ac si tunc inchoares. S. Leo f. de jejuni. quantumlibet quisque justificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quod probator, & perfectior, esse possit. Sylveira c. 31. in Joan. 10.

Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem. Ex. 33. 11. Nichilominus ait v. 23. si invenis gratiam in conspectu meo ostende mihi faciem tuam. Ut jucundissimam visionem ulterius protrahat; & visionis producit desiderium: sequebat, divina securius possidere; qui aditibus possessa ambit. Naxera tr. de B. V. §. 31.

Ad desideratum persequor. Philipp. 3. 14. Senior ille in viciis PP. rogatus, quid perfectionis studioso agendum esset? respondit: eum imitari, debere canes venaticos. Sicut enim illi leporem velocissime, debere conatu, persequuntur; non respectant, quæ in via sunt, aut offeruntur; sed oculis, sensibus, & viribus omnibus; etiam per saxa, & verpes, in leporem feruntur; nec quiescunt, donec eum cœperint: ita & virtutis studiosus circa virtutes facere debere. Cornelius hic.

Alia media.

Accenso, ac inflammato animo, nec ulla re alia, nobis opus est: ut eximii, ac mirabiles efficiamur. S. Chryf. hom. 68. in Matth. 21.

Si quis Deum semper haberet ante oculos pro regula omnium operationum suarum; & in omnibus operationibus suis, nec propriam utilitatem, nec gloriam, nec voluptatem, quaereret; sed solum, ut Deo placeret; brevi perfectus evaderet. Idiota in Pl. 15.

Quicumque vult perfectè vivere, nihil aliud faciat, nisi ut contemnat, quæ Christus in cruce contempsit; & appetat, quæ Christus appetiit. Nullum enim exemplum virtutis absit à cruce. S. Thom. Aqu. Opusc. 3. c. 6.

S. VII.

Perfectionis desiderium.

Beati, qui esuriant, & sitiant justitiam. Matth. 5. 6. Videtur fat fuisse, si diceret, beati, qui desiderant justitiam. Respondet Chrothomius f. 8. de beatitudinibus: quia si justitiam unumquique nostrum esuriens, ac sitiens, desiderans concupiscat; non potest aliud, quam justitiam quaerere: quia esuriens, ac sitiens, necesse est id, quod sitit, concupiscere. Did. Nyss. D. 2. Quadr. §. 7. Cur esuriat, & siti potius, quam alii appetiit, aut desiderio, comparavi curam animæ? Cæjetanus: non dixit Dominus: beati, qui desiderant, aut appetunt, sed, qui esuriant, & sitiant justitiam; describitur, non solum magnitudo, sed etiam prævalentia appetitus: esuriens namque, & sitis, prævalent reliquis nostris appetitionibus. Imperii iniquum, gloria; & reliquorum, desideria posthabet esuriens, ac sitiens, justitiæ; quo nomine omnis virtutum species continetur. Did. Nyss. D. 14. Pent. §. 5.

Si quis adhaeret super fundamentum hoc. 1. Cor. 3. 12. Non potes pretiosus esse lapis: esto aurum. Non potes esse aurum? esto argentum. Alia claritas solis. 1. Cor. 15. 41. Non potes esse sol? esto luna. Non potes esse luna? esto stella. Non potes esse ignis? esto vis. Non potes esse vis? esto vel una de minoribus: tantum sis in celo. S. Chryf. in illud Pl. asitit regina. Pl. 44.

Si non potes sol fieri, & stella duntaxat: tantum ascende super terram, incipe æmulari sideribus. Id. hom. 22. ad pop. Est totum consequi nequeas, tamen in rebus omnibus, quæ natura bona sunt, non parvum est lucrum, vel partem earum aliquam consequi. S. Gregor. Nyss. l. de vita Moyf.

Nemo perfectus, qui perfectior esse non appetit: & in eo quisque perfectibilem se probat; quod ad majorem tendit perfectionem. S. Bernardus in Epistolis.

Miscellanea.

Tribulatio patientiam operatur. 1. Cor. 13. 42. Ecce, quibus ætatibus justus perfectum roboratur in virum: in tribulatione, patientia probatione, spe. Tribulatio velut prima justus viri concutit, & conturbat infantiam. Sed cum infuserit ista patientia; ad majora adolescentem, jam bonæ indolis tunc erudit.

Tribulatio patientiam operatur. Patientia est, quæ Christi juvenem aptum probat esse virtuosum. Spes est, quæ virum perficit, & ad mensuram Christi plenitudinis indefessa perducit. S. Chrysol. f. 110.

Verum lumen jam lucet. 1. Joan. 1. 8. Verum, idest, perfectum, plenum, divinum. Erat lux vera. Joan. 1. 9. idest, perfecta, & essentialis. Ego sum visus vera. Joan. 15. 1. id est, perfecta. Joanno. 6. Eucharistia vocatur panis verus, id est, perfectus; plenè cibans & satians. Cornelius in 1. Joan. 2.

TITULUS XIX.

PERSECUTIONES.

S. I.

Figura, Symbola.

Domine in flamma ignis de medio rubis. Ex. 3. 2. Filius Dei in utero Virginis. Persecutio in Ecclesia Dei. Tribulatio in anima justis. Hugo Card. hic.

Signa sum. Cant. 1. 4. in pressuris persecutionum: sed forma in decore virtutum. S. Ildorus hic.

Nolite me considerare, quod iusta sum. Cant. 1. 5. idest, nolite me constitutum in persecutione despiciere: æstus enim tribulationem sustinui; & quasi decorem temporalis jucunditatis amisi. S. Justus Orgel. hic.

Ignem veni mittere. Luc. 12. 49. Tertull. l. 4. contra Marcion. c. 29. Maldonatus, per hunc ignem intelligunt, odia, dissensionem, tribulationes; & persecutiones ab Infidelibus. Cornelius hic.

S. II.

Persecutiones incrementum Ecclesiæ.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Qua elevaverunt arcam in sublimi à terra. Gen. 7. 17. Quia Ecclesia per tribulationes exaltatur, proficiens, & numero, & merito. Hugo hic.

Quando opprimebant eam, tanto magis multiplicabantur. Ex. 1. 11. Vide, quàm crescat adversus agitata virtus; quæ in prosperis languet, & marcescit. In Hebr. pro multiplicabantur, est erumpunt: sicut aqua, vel fluvius; quò magis arctatur, & concluditur; eò majori copia eluctatur; aggeres, obicelque, perfringit, & erumpit. Cornelius hic.

Dixit Sion: dereliqui me Dominus. Ec. 11. 49. 14. nunquid oblitivisti potest mulier &c. Non est dubium, quin congregatio Sanchorum, quæ prius fuerat in Judæis, & à Domino derelicta est, ista commemoret; & voce lacrymabili conqueratur, se esse desertam. Cui respondit Deus, naturali utens similitudine: si potest fieri, ut mater sui oblitivatur infantis, & ad partum viscerum suorum non seclatatur misericordia & ego oblitivatur tui. Plus aliquid dicam: & si illa oblitivatur, vincens mentis duritia jura naturæ; ego tamen non oblitivatur creaturæ meæ; & Sanchorum animas semper in meo corde retinebo. S. Hieron. hic l. 13.

In laetitia extendam calcamentum meum. Pl. 59. 10. Ecclesia loquitur: perveniens usque in Idumæam. Saviant tribulationes, bulliat scandalis Mundus; extendam &c. usque ad eos ipsos, qui terranum vitam diligunt; quoniam interpretatur terrenæ. Cujus rei calcamentum? nisi Evangelii: Quam pulchri pedes. Ec. 11. 52. 7. S. August. hic.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Pl. 128. 3. Aquila, & Theodotus, transfuerunt: araverunt peccatores. Cur dicitur arare, qui persequuntur? quia sicut ex oratione lætæ segetes, ita ex illis multiplicis virtutes oriuntur. Unde D. Chrysol. hom. ad pop. Antioch. vocat malos honorem agricolas. Mendoza in 1. Reg. 1. 6. Annot. 6.

Vidua enim ejus benedicens benedictum. Pl. 131. 15. Vidua Christi dicitur Ecclesia: quia omni auxilio destituta mundano, solum spem suam ponit in Domino; patitur, quod vidua, improbitates malorum, direptiones crudelissimas impiorum; & tanquam maritali auxilio destituta, semper moriet, semper atteritur. Cassiodorus hic.

Filius Matris meæ pugnaverunt contra me; & posuerunt me in vinis. Cant. 1. 5. Una erat Christi vinea Jerosolymis, ipsa videlicet Ecclesia primitiva. Ad postquam persecutio facta temporibus B. M. Stephani, dispersi sunt omnes, per regiones Judææ, & Samariz, præter Apostolos; contingit, ut plures essent vineæ, idest, pluribus in locis Ecclesiæ essent Christi, prædicantibus Verbum eis qui fuerunt huc, illucque dispersi. Posuerunt me in vinis, vineam meam, non custodivi. Achi aperit diceret: hoc mihi acerbitas persequendum attulit; ut plurimarum essent cultus vinearum, Ecclesiarum videlicet Christi. Non custodivi autem vineam, non ad mentem, sed ad locum referendum est. V. Beda l. 2. hic.

Audite in insula, & attendite populi de longè. Il. 49. 1. Post vocationem reliquiarum Israel, & abjectionem in incredulitate populi permanentis, transit ad Ecclesias de gentibus congregatas; & eis, sub insularum nomine loquitur: quæ ita persecutionum insidiis, quasi maris fluctibus, patent; & ex omni parte saviente naufragio, tunduntur potius, quàm moventur. S. Hieron. hic l. 13.

Quærit pacem civitatis, ad quam transmigrare vos fecit; & orate pro ea ad Dominum. Jerem. 29. 7. hæc Jeremias Hierosolymis commoratus scribit Dei nomine ad Hebræos, qui Babylone exulabant; ut pro ipsius Babylonis incolumitate Deum orent. Et rationem dat: quia in pace illius erit pax vobis. q. d. dum habueritis hostes incolumes, qui vos assilgant; veram pacem possidebitis. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8.

Ex Novo, & Patribus.

Ipsè verò dormiebat. Matth. 8. 24. Jesus, quamvis non dormiat, dormire tamen videtur, quanto tyranni saviant, quando lupi in bonos insurgunt, quando boni vincuntur, & mali vincunt. Et quia non statim adjuvat, quia non citò laborantibus subvenit dormire putatur. S. Euseb. Emif. Dom. 4. Epiph.

Simile est regnum celorum grano Sinapis. Matth. 13. 31. sicut granum Sinapis prima fronte specie sui est parvum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suavitatem. At ubi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammæ saporis exhalat; & tanto fervoris calore succenditur, ut mirum sit in tam fr-

volis granis tantum ignem fuisse conclusum: ita & Fides Christiana prima fronte videtur esse parva; vilis, & tenuis; non potentiam suam ostendens, non superbiis præferens; non gratiam subministrans: at ubi diversis tentationibus teri cœperit; statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem Dominicæ crudelitatis aspirat: & tanto divini ignis ardore jactatur; ut & ipsa sibi ferveat; & participentem sibi ardere compellat. S. Ambros. l. 1. hic de grano Sinap. S. Mater Ecclesia Spiritu S. roborata, per illatam persecutionem, & Fidelium suorum necem; minimè decrementum sustinuit: sed, more sinapis, quò magis atrebatur, magis augmentum accepit. Rich. à S. Vict. l. 2. c. 6. in Apoc. 6.

Cum autem creverit. Matth. 13. 32. Sicut hoc granum, quantitate permodicum, crescit in altum; sic Ecclesia in principio sui contempta, & numero parva, crevit in populum infinitum, seu Ecclesiam toto orbe diffusam; quando in omnem terram exivit sonus, idest, prædicatio Apostolorum. Dionys. Carth.

Vidi septem candelabra aurea. Apocal. 1. 12. Subtilissimè scrutandum videtur; cur ipse Ecclesiæ candelabris aureis comparetur? Aurum per ignem probatur, malleis extenditur; & in candelabri formam producit; & instrumentum ignis, & luminis efficitur. Et Ecclesiæ tentationibus probatur, tunctionibus persecutionum extenuatur, ardent igne sapientiæ cœlestis, & lucent opera charitatis. Rich. S. Vict. lib. 1. c. 4. hic.

Solet generosa prudentia violentiæ resistere; non secus ac flamma à vento agitata, tanto plus accenditur, quanto vehementius inflatur. Et hoc non solum consideratione didicit propria; sed etiam ex prioribus cognoscere potuisset persecutionibus; quæ Christianissimum honoratiorem ferè, quàm imbecilliorum, reddidere: quoniam jis animæ magis in pietate sunt obfirmatæ, & per discrimina tanquam ferrum candens aquæ vi temperatæ, ac solidiores reddite. S. Greg. Naz. or. 1. contra Julian.

Quemadmodum ignis interdum consopitus, suisque cineribus obrutus, statu agente recandescit; & quanto vehementius urgetur, tanto efficacius convalescit: sic novæ Ecclesiæ bona indoles, quanto plures, & majores adversantium lites pertulit; tanto magis profecit. S. Rupertus lib. 5. in c. 5. in Joan.

Sicut frumentum seminatum, & in terra mortuum, in multiplicem refurgit fructum; ita per se paucis; pro testimonio Fidei morientibus, multa millia, rationabilem patientiam illorum considerando, in Christum crediderunt. De quibus certè dicas; quia priores illi morientes istorum patres, si ve matres, fuerunt; eosque tanquam filios, & filias suo sanguine pepererunt. Rupertus Abb. l. 2. c. 17. de gloriæ. Trinit. &c.

Num. II.

Testimonia ex Novo.

Abique Synagogis facient vos. Joan. 16. 2. Glossæ ambæ: q. d. sed ne timeatis solitudinem: quia tota acquirere, ut pro eis videamini ad gloriam Dei occidendi. Ejectis è Synagoga Discipulis, hoc vult Dominus esse solatio; quod à Judæorum consortio exclusi innumeris in Ecclesiam adducturi sint. Did. Nyss. D. inf. Oñ. Añ. §. 3.

Et multiplicabitur numerus Discipulorum in Jerusaleme. Act. 6. 7. Vide, oro, quomodo creverit multitudo: post tentationes tunc crevit, non antea. S. Chryf. ho. 14. hic. Cur in prima concione convertit Petrus tria millia. Act. 2. 41. Act. 4. 4. verò quinque millia? Resp. in prima solum quidam obmurmurantes dixerunt: quia multo plures sunt isti. Act. 2. 13. At hic totus senatus, se opposuit contra Apostolos; Seniores, & Magistratus, iniecerunt in eos manus, in carcerem tradiderunt. Quia, quò plures persecutiones, tanto magis crescent Christiani. Sylveira in Act. 4. q. 2.

Falsa est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia. Act. 8. 1. Nisi à cæde Stephani populus Judæorum in Apostolos secessisset, forsitan solis Jerosolymis Evangelii gratia inclusa esset: nunc verò agitati à Judæis, alius alio genio per orbem dispersi sunt. Sanct. Gregor. Nyss. orat. de Sanct. Stephano.

Divina agente providentia, ipsa disperso Ecclesiæ Jerosolymitanæ occasio fuit plures construendi Ecclesiæ. Unde quod nostri Codices habent: dispersi sunt, Græcè, disseminati sunt. Act. 8. 1. V. Beda l. 2. in Cant. 1.

Ex Patribus.

Plures efficiamur, quoties metimur à vobis: Semen est sanguis Christianorum. Cum damnatur à vobis, à Deo, absolvimur. Tertull. Apol. adv. gent. in fine.

Augeat Religio Dei, quomò magis premitur. Lactantius l. 5. instit. div.

Nulla pars Mundi ab Evangelio vacat Christi, ex omni gen-

gente, ex omni conditione, adoptantur quotidie millia feminum, millia juvenum, millia parvulorum; & effectibus gratia Christianæ etiam ipsa, quibus Mundus atteritur, arma famulantur. S. Ambros. l. 1. c. 10. de vocat. gent.

In tribulationibus fundatur Ecclesia, in pestibus, & procellis; in sollicitudinibus, & merore; in rebus adversis; & in fluminibus præparatur. Id. in Pl. 48.

Fundendo sanguinem; & patiendæ magis, quam faciendæ, contumelias, Christi fundata est Ecclesia. S. Hieron. ep. 62. ad Theophilum adv. Joan. Hieros.

Lapidati, occisi, fugati sunt. Et cum inde, tanquam ex uno loco, fugarentur, quasi ligna ardentia igne divino toram Mundi Sylvam accensam, fervere Spiritus, & lumine veritatis, impleverunt. S. August. in Pl. 30. de Apostolis.

Sparsum est sanguis iustus; & illo sanguine, tamquam fermentatione, per totum Mundum facta, leges surrexit Ecclesie. Id. in Pl. 39.

Quomodo manifestum est, quod meliorem omnibus sub cælo Fidem nos Christiani credimus? Primum, quod non invenimus ab initio sæculi gentem aliam inter omnes gentes, tot, & tantis, temporibus impugnatam, & tamen non deletam; præter hanc solam Christi fidem. Secundum, quod nullus Rex Christianorum aliquibus barbaris infidelibus traditus est in mortem; etiam tor nationibus, ac gentibus adversus Regnum bella gerentibus. Quin immo non solum Regem non opprimeret, sed nec imaginem suam de monetis, & numismatis, delere cum cruce valuerunt. Et hoc ipsum, quod in omni genere creditur Evangelium Christi, est testimonium infallibile, quod non sit alia Fides verior sub cælo. S. Athanasius Alex. lib. Quæst. q. 40.

De terrenis cælestia procedunt, de penis magna gignuntur; & temporale donum in premium transit æternum. S. Leo P. f. 2. de sejun. Sept. mens.

Sicut planta rigatæ magis crescit; ita & fides nostra oppugnata magis floret; & seditione agitata incrementa majora sumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant, & secundi sunt; ut Ecclesie; si Martyrum irrigentur sanguine. S. Chryst. f. in Juventinum, & Maximian. MM. Tyranni, Ecclesiam, infectando, firmiorem etiam ipsam reddiderunt triumphis magis magisque compactam, & corroboratam. S. Greg. Naz. carmine ad Episcopos.

Fredebant gentes irascébantur populi; sæviebant reges, & Potestates contradicebant; superstitionis, & totius Mundi, relucébantur errores. Sed de resistentibus, furentibus, persequentibus, populum suum Christus agebat: ac per mortem Sanctorum torobatur Fides, vincebat veritas. P. Prosper Aquit. l. 2. c. 15. de vocat. gent.

Ecclesia novit beneficio Domini triumphare de suis claudibus, ingravata persecutionibus: siquidem afflictionibus semper augetur, sanguine Martyrum rigatur, tristitia magis erigitur, angustia dilatat, stertibus pascitur, jejuniis reficitur: & inde potius crescit, unde Mundus deficit. Cassiodorus, Prologo in Pl.

S. III.

Persecutiones iustus præ impio patitur.

Num. I.

Figura, & symbola.

**D**escenderuntque volucres super cadavera. Gen. 15. 11. Nunquam Abrahæ aut epulanti, aut nubenti; aut coarcebanti ex gregibus opes, adversati sunt accipitres. Ubi verò triennem vaccam Domino sacrificavit in ara, mox volucres adfuerunt. Quoties in domo Abrahæ saginatos putas vitulos, ad epularum delicias jugulatos? quot occisos pullos? nulla volucrum invasione. Semel litat cum arietem pullos; & statim lucta initer cum volucris. Oliva l. 5. Strom. 5. Surrexi, ut aperirem dilecto.

**O**verant filios Israel Egyptii. Exod. 1. 13. Causa præcipua ex disparitate cultus. Egyptii enim colebant suum Apin, seu bovem: Hebræi adorabant verum Deum. Sylveira in Act. 7. 19.

**C**ongregati igitur ascenderunt quinque reges. Gen. 10. 5. Quinque reges conitarunt contra se Gabaonitæ; quia transfugerunt ad Israel. Orig. hom. 11. in Jos. cum anima humana verbo Dei se sociaverit, dubitari non debet, statim se inimicos habituram: & eos, quos habuerit antè amicos, in adversarios esse vertendos. Idque non solum pati ab hominibus se speret, verum etiam de contrariis virtutibus, & spiritualibus nequitiis, id omnimodò pro certo fiat. Et ita fit; ut qui amicitias expedit Jesu, multorum sibi sciat inimicitias tolerandas: oppugnantur ego etiam nunc Gabaonitæ ciusqueque modi sint, propter amicitias Jesu. Apud Naxera in Jos. 10. 5. 19.

**S**i communicabit lupus agno aligando; sic peccator iusto. Ecl. 13. 21. Lyran. dicitur peccator lupus; quia semper insidiatur iusto.

**A**quila grandis magnarum alarum venit ad Libanum. Ezech. 17. 3. Quid actura; ut rapiat; & depopuletur. Væ myricis l. væ buxo l. & elleboro l. Falleris; has ales arbores non violabit. Cedrus laceratur; nec cedit truncus eroditur, sed medulla. Summitem frondium ejus evulsi. Præstat oleastrum esse, quam cedrum: quo feris putridior, sterilior, & nocentior; eo ejus securior ab injuria. Viret taxus in Libano, discepietur cedrus. Oliva f. 3. D. Pals.

**E**cce motus magnus factus est in mari. Matth. 8. 24. Cur illi, qui Christum sequuntur, exagitantur? ratio est: quia, quicumque Christum in aqua, & alto Religionis mari, sequi desiderat; tacite carpat, & coarguteos, qui in terra sunt desides. Beffeus D. 4. Epiph.

Num. II.

Exempla, & testimonia.

Ex Veteri.

**I**ratuque est Cain vehementer. Gen. 4. 5. Vide, quam sit homini scelestio gravis, & molesta virtus, probitas, pietas, & innocentia bonorum; quam oderint impii pastorem Abelem, Doctorem scilicet; quam linguam, quam linguam, illorum improbitatem coarguat, & frangat exemplo illorum cupiditates. Ideo ait S. Ambros. l. 1. de Abel c. 6. Egyptiis abominationi erant pastores ovium. Omnes enim, qui corporis dediti passionibus, & voluptatibus indulgent suis, disceptatorem Verbi Dei, doctoremque virtutis, quadam execratione declinant. Fernandus hic fecit. 6.

**C**ollidabantur in utero ejus parvuli. Gen. 25. 22. Nondum nati, & jam bellatores. Quæ dissidi causa? Esau scilicet vitii, Jacob virtutis personam agebat. Non potuit virtus sine certamine concipi, nec sine victoria nasci. Naz. in Jos. 10. 5. 19.

**O**verat semper Esau Jacob pro benedictione. Gen. 27. 41. Quemadmodum Esau persequetur Jacob; sic filii sæculi huius persequuntur filios sæculi illius. Auth. Imp.

**V**acant enim. Ex. 5. 8. Pharaon in Israelitas tunc sevit immanis, cum illi de victimis cogitare ceperunt. Oliva f. 3. D. Pals.

**D**ixerunt ad Josu: perduc filium tuum huc, ut moriatur. Quia deflexit aram Baal, & sacrificiis nemus. Judic. 6. 30. Epi. cur in Gedeonem nimis odisse exoneret. Si scortaretur adolefens, nemo munitur: in illum conspirant Madianitæ innumeris; quod monstra sustulerit. Judic. 7. 12.

**S**aul, cum mitis, & dejectus in oculis suis esset; & virtutum præstantia à Deo, tum lauro, tum sceptro, destinaretur; audiit. 1. Reg. 10. 27. num salutare nos poteris iste? & desuperavit eum. Ubi verò flagitorum omnium sententia effectus est, obsequentem sibi Israel à melle prohibuit. 1. Reg. 14. 24. Oliva lib. 5. Strom. 5. Surrexi, ut aperirem &c.

**E**t ait Achitophel ad Absolon: ingredere ad concubinas patris tui: ut, cum audierit. 2. Reg. 16. 21. Quo ejus scelestior, eo ejus cohortibus gratior. Oliva f. 3. D. Pals.

**S**imilis factus sum pellicano strudinis, factus sum sicut myllicorax in domicilio. Plalm. 101. 7. Pagninus, & alii vertunt; factus sum sicut bubo. Scilicet postquam animum adieci ad penitentiam; & Mundo renuntiare cepi; omnes me, ut bubotiem, persequuntur. Did. Nils. f. 2. Dom. Palm. 5. 4.

**A**bsciderunt impij os, qui in recto suat via. Prov. 29. 27. Surrexi, ut aperirem dilecto meo: manus meæ stillaverunt myrrham. Cant. 5. 5. I. pernega, iis persecutionem impendere, quibus placet sequi Jesum. Necdum sponsa ostium domus lux Christo referaverat; & jam manus ejus myrrham exsudant. Quid illa fiet, si non exurgat tantum, ut excipiat sponsum; verum & circumferret, ut eum exploret? jam non è digitis myrrha, sed è vinceribus cruor, emanabit. Oliva l. 5. Strom. 5. Surrexi &c. Daniel ad leones damnatur; cur? oravit. Susanna laxis destitatur; quomodo rem? pudori oppugnavit fidem. Abimelech ad necem poscitur; quo crimine? Davidem pavit. Abel maclatur; quid flagitij admisit? litavit. Exulat Elias; qua sceleris invidia? expiata à sacrificalis Samarie. Id. ib.

**C**ircumveniantur iustum, quoniam inivitis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Sap. 2. 12.

**E**t renigabant viri. Gen. 1. 13. cognoverunt enim viri quid à facie Domini fugeret. v. 10. Tunc placuit, cum se Numinum transfugam dixit. Miseri sunt ejus, qui peccavit: & quem forte insontem misissent, autorent tanti discriminis servare conantur. Oliva l. 6. D. 4. Quadr.

Ex Novo.

Magdalena.

**Q**uid molesti estis hinc mulieri. Matth. 26. 10. Diu peccat Magdalena; & nemo adversatur: convertitur; & nemo non de ea loquitur. Præferuntur ad pedes Jesu, & adversarios patitur: accurrunt ad caput ejus, & lacryatur; plorat; peccat;

trix dicitur. Seu lacrymas, seu unguenta, effundat; compefcere non potest lacryones; & Pharisæos, & Apollolos, & infestus habet. Oliva t. 2. Strom. 5. quid molesti &c. Magdalena foetere tum nardo cepit, cum illo Jesum unxit. Quamdiu fe unguento obliuuit; ornata, non prodiga, habebatur. Præstant in cœna Simonis inebriari, quam obsequi. Id. fer. 3. D. Pals.

An non Magdalena sumptus majores, & vanissimos quidem fecit in unguenta, liguores, & odores, quos sibi ipsi, ut idolo adolevit? ad hæc certe trecenti denarii fatis non erant. Quantum de Moscho, ambræ, & balsamo; quantum succi odoriferi, in solos cincinnos infumpsit? quanta auri copia, gemmarum luxus? an tamen ullus contra eam infremuit? an in faciem prodigam vocavit? Cum autem exiguum vanitatis suæ tributum Christo in donum offerret; in tibi subito callumias; & fremius. Segn. fer. 8. die Jov. Dom. 1. Quadr.

**V**idetur Pharisæus. Luc. 7. 39. Et regione mala bonis obfistunt; & semper è vestigio contra bonum aliquid mali confulgunt, non tamen gratis, acque sterilitate; sed sapè ut bonum eluceat per amplexus, & superaverit; probetur ex pugna. Sim. Cats. l. P. c. 29.

Num. III.

Alii.

**C**aput Joannis Baptista. Marci 6. 24. Addit Baptista qui prædicabat baptismum penitentium. Solent inquit inde odisse Sanctos, unde maxime oblitentur: quia scilicet esse viam salutis ostendunt, scelera arguunt &c. Sylveira hic c. 32.

**E**ternus enim extra civitatem. Luc. 4. 29. Non patitur impietas pios, iniquitas iustos non sustinet. & quietem non suscipit, quousque abjiceret, quod sibi videbatur adversum. Exilium patitur iustus ab impiis; & extra reproborum conventum semper expellitur bonitas. Et, ut agendorum cura fit liberior, propellitur, qui vellet arguere. Simon Cass. l. 9. cap. 13.

**C**æcus secus viam. Luc. 18. 35. Et Christianus existens in peccato mortali, quia non est in via. Quando autem peccator, idest, cæcus, reductus est ad viam, idest, ad Christum, qui dicit: ego sum via, & incipit clamare; statim reprehenditur. Ille defectus est hodie in Mundo: quamdiu homo est secus viam, idest, in peccatis, mendicans Mundana, & temporalia; nullus curat illum reprehendere; sed magis applaudit illi: sed si dat fe devotioni, & bonæ vitæ, statim redarguitur. Et, quod fortius est, dicit textus: & qui præstant. Non dicit, qui sequebantur, vel comitabantur; quia majores in scientia, dignitate, & officio, sunt primi ad reprehendendum eos. S. Vinc. Ferr. l. 1. Dom. Quinq. Auges viatorum clamoribus cœcus obtundebat, sibi penitentiam; quod cum semper ageret, nemo objurgavit. Transiit à cupiditate vocem ad salutem, imploraturque semel tantum pro luce Jesu: Fili David miserere mihi: mox cum viatores compefcuerunt. Et qui præstant. Cur flere eum nunc jubetis, quem scitis semper clamasse? Clamabat olim, sed mammonæ; nunc Christum inelamant: non clamoris tædium, sed implorant. Oliva lib. 1. Strom. 5. Deest panis &c.

**S**abbatum est; non licet tibi tollere grabatum. Joan. 5. 10. Triginato octo annis jacuit paralyticus in lecto, quem non aspicere dignabantur Judæi: cum primum autem sanitatem recepit aiebat: sabbatum. S. Mifer hic homo nec unum habuit hominem accurrentem, dum in lecto jacebat; sanatus à Domino nullos invenit non juvantes, sed impedientes. Did. Nyss. f. 2. D. Palm. 5. 4.

**A**dducunt enim ad Pharisæos. Joan. 9. 13. Quamdiu hic homo cæcus exiltebat, nemo cum eo contendit: ut autem ejus oculi aperti sunt, omnes eum persequuntur; omnes eum supplantare conantur. Diez. f. 4. D. 4. Quadr.

**Q**uia de Mundo non estis - propterea odit vos Mundus. Jo. 15. 19. Quare odit? quia totus in maligno posuitus. 1. Joan. 5. 19. Vos autem in via bonitatis electi. A dissimilibus bonis est odium; à dissimilibus viventibus inferitur persecutio. Simon Cass. l. 12. c. 11.

**S**i quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. 1. Cor. 3. 18. Salvianus l. 6. de Provid. hæc est dicere: si quis vult esse sapiens, sit bonus: quia nemo verè sapiens, nisi verè bonus. Cur Salvianus bonum vocat, quem Paulus stultum? Si Mundi aditus stylium, soluta difficultas. Mundus enim probos stultos vocat, & velut insipientes contemnit: nam idem est bonus apud Deum; ac stultus apud Mundanos. Cassillo Illat. 215.

**M**idi Mundus crucifixus est. Galat. 6. 14. Qui cum Deo pacificus est, nullus inimicitiam mecum: tunc enim est in profectione, & misericordia Dei; qua promissa est, & manet super Israel Dei. S. Ambros. hic. Non solum inquit mortuus Mundo, sed & crucifixus. Omnia, que Mundus amat, crux mihi sunt: delectatio carnis, honores, divitiæ, vanæ hominum laudes.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

**S**i exprobramini in nomine Christi, beati eritis. 1. Petri 4. 14. Si quis unquam cacininos, & ludibria, passus est, Noe fuit. S. Chrysof. hom. 3. in Gen. verisimile est, eum subannatum, & irrifum ab omnibus. Habebat in medio populi sceleratis, & protervi. Licet forte initio terris sint nonnulli, cum novus propheta Noe vicinum Mundi interitum ex Dei mandata nuntiaret. Cum autem viderent unius, duorum, trium, immo centum annorum feris evoluta, minas diluvi in casum recidere, & sue. efflu carere; Noe verò nihilominus fabricæ sue strenuè insudare; arceæ certatim circumstanti in quos non cacininos prorupere: o, inquebant, te senem bis puerum! o prophetam mendacem! Cum verò illum postea fudo, ac sereno die navim ingredi videret; tantò animalium, & bestiarum, exercitu præeunte; tunc irrifiones, & ludibria crevere. Ecce, clamabant, senem delirium! qui cum aura libera, cœloque sereno, frui possit, seipsum voluntario carceri mancipat. Pulchrum sanè consortium lupos inter, & urfos! quæ catenæ tor belluas continebant, nè impetu facto miserum dilcerant? O faruum! timet undas! tigrides non metuit nè suffocent. Cum verò post septem dies, laxatis cœli catarractibus viderent delabi pluvias, intumescere alveos, inundare flumina, effundi maria, valles abscondi, montes aquas æquari; o quam subito alia rerum facies lucefficit. Fluctuabat in novo Oceano secura, & gloriosa Noe arca, inter merorum ejulatus, & clamores. Noe verò in hac miserorum clade non insultabat illuforibus, nec eorum interitu exulabat; sed percontibus intrinè condolebat. Talis etiam erit fors vestra, si maledicas linguas æquo animo tuleritis. Nunc quidem vos rident, & diceritis laceffunt &c. Segneri fer. 8. die Jov. D. 1. Quadr.

**E**t blasphemaris. Apoc. 2. 9. Rich. à S. Viç. quoniam cœteri malorum semper est odiosa bonorum vita; & quem Deus commendat, sermo parvorum blasphemat; rectè subjungit: & blasphemaris ab his.

Ex Patribus.

A primordio iustitia vim patitur: statim, ut coli cepit Deus, invidiam religio sortita est. Tertull. lib. Adv. Gnost. cap. 8.

Perverforum derogatio vitæ nostræ approbatio est: quia jam ostenditur, nos aliquid iustitiæ habere, si illis displicere incipimus, qui non placent Deo. S. Gregor. hom. 9. in c. 2. Ezech.

Sancta anima, divini amoris spicula vulnerata, cum anhelare in Deo coeperit; cum ad supernam fe patriam, per desiderium extendi; ad tentationem ei vertitur, quia quid in hoc sæculo amicum antea, blandumque parabatur; quia, qui peccantem amare consueverat, rectè viventem crudeliter impugnant. Id. in Pl. poenit. Pl. 31. 7.

Qui domesticus Dei est, exul est Mundo: qui conversatur in cœlestibus, peregrinus est terris. S. Ambros. in Pl. 118. Act. 7. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ.

Quemadmodum iustus Ixtilat cor innocentium, cum videtur; ita & impij iustorum cognitione torquentur, quia vel tacitis sanctorum moribus arguntur torquet castitas innocentiam, avaritiam liberalitas, impietatem fides. Id. ibid. Oclon. 10. Manus tuæ fecerunt me. Ante finem.

Cum coeperit homo Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas adversariorum. Quicumque illas nondum passus est; nondum proficit: quicumque illas non patitur; nec conatur proficere. S. August. in Pl. 118.

Bonos Christianos, volentes facere præcepta Dei, Christiani mali, & tepidi prohibent: clamant tamen illi non deficientes. Cum enim quisque Christianus cogitet bene vivere, Mundumque contemnere; in qua sui novitate patitur reprehendentes frigidus Christianos, Sanct. August. ferm. 18. de Verb. D.

Non potest accidere, omnino non potest; ut, qui virtutem diligenter exequitur, nunquam plurimos acquirat inimicos. S. Chrysof. hom. 15. in c. 5. Matth.

Furi lux inimica est, molestus est iustus, peccatibus etiam solus apparens; gravis etiam si spectetur. Non enim ferunt illius radices: sicut nec solis jubar, qui oculorum morbo teneretur. Quin gravis est multis malis, etiam si audiatur solum. Id. hom. 28. in ep. 2. Cor. 12.

Non potest bonus non esse, qui bonis placet: nec minus validum argumentum mihi videtur, quod bonus sit, si malis è regione displicet. Bernardus ep. 248.

Gratulamur, iidem nos displicere, quibus & Deus non placet. S. Paulinus ep. 6. ad Severum Mundus.

Mundus Deo contrarius, cœlo dissimilis, virtutibus oppositus, sanctitati inimicus, & piis mentibus onerosus. S. Laur. Just. opusc. de inter. conflictu c. 1.

Persecutiones ferendae, quia breves.

Non relinquet Dominus virgum peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Pl. 124. 3. q. d. non finet Providentia Dei iustos a tyrannis diu vexari. Rupert L. 7. de glor. Filii hominis: quid est, non relinquet? nisi, diu durare non permittet. Recordamini priorum, ac novissimorum, quicumque virgum suam, id est, potentiam suam elevaverunt super sortem iustorum, ad affligendos eos, qui ad vitam aeternam praedestinati sunt; non diu duraverunt. Nolite timere: quia non tandiu durabit virga haec, ut necessarii extendant iusti, quasi auxilio destituti, ad iniquitatem manum suam; sed cito frangebitur, & in ignem mittetur, ut ardeat. Sylveira in Act. 16. q. 12.

Quasi tempestas transiens non erit impius. Prov. 10. 25. q. d. impius est similis procellae, & turbini transienti: quia licet ad tempus, instar tempestatis, terribilis sit hominibus; non diu tamen subsistit; sed subito e vita tollitur. Sic de Nabuchodonosor. Jer. 4. 13. ecce qua nubes ascendet, & quasi tempestas veniet contra illum Rex Aquilonis. Et de Cyro. Is. 21. 1. sicut turbines ad Apheris. Cornelius hic.

Cum venierit (Antichristus) oportet illum brevis tempus manere. Apoc. 17. 10. Rupertus l. 10. in Apoc. terret nos magnitudine adversitatis; & roborat de brevitate temporis.

Motiva alia.

Ex Veteri, & Novo.

Gregorium est cornu unum medicum, & saltem est grande. Dan. 8. 9. Ecce ibi cornu medicum, & magnum, dicitur idem tyrannus: nimirum inferna parva, & magna damna: parva, dum saevit in corpora, illa in animabus; magna, dum vitam aeternam eripiat aliis, miserè trahens in idololatriam. Baeza t. 3. l. 14. c. 22. §. 1.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Matth. 5. 10. Multi propter suos excessus castigantur: qui volentes se ipsos excusare, & quasi beatificare; allegant istam Scripturam; cum ipsi condignam iustitiam disciplinam propter suam malitiam. Verumtamen, si quis excessus, & poenam sibi iustitiam pro culpa sua aequanimitè tolerat; etiam ipse quodammodo beatus esse videtur. Quamvis enim non patitur propter iustitiam suam, tamquam propter causam, videlicet alios ad perpendiculari merentem; patitur tamen propter causam finalem; videlicet, ut sua culpa per poenam ordinetur; & Dei injuria vindicetur, amissaque gratia reparetur. Dionysii Carthusi hic. Isidorus Clarius l. 2. orat. 17. querit, cur haec octavo loco sit posita? & respondet: hic illud accidisse videtur, non possit nova vocis accessio fieri; sed, quæ octava additur, cum prima ita conveniat, ut non dux, sed una vox esse videatur. Paupertas, & persecutio temporalis forores sunt; & eis claves regni caelorum, non tantum promittuntur, sed possessivè conceduntur. Huiusmodi autem ratio est: quia Evangelica paupertas nihil habet, quod mundi sit: temporalis autem persecutio potest totum mundum ab homine auferre. Sed quia providentissimus Creator & Gubernator, nullam creaturam sine loco fecit; cum paupertas, & persecutio, in mundo locum non habeant; ideo eis possessoriè ex nunc caelicas sedes dedit. S. Bernard. l. 3. de 8. beatis.

Disputans in schola tyranni iudam. Act. 19. 9. Id est, juxta Lyranum, Cojetanum, principis, aut viri nobilissimi. Cum multi, & magni, insurgunt contra Paulum, ipse se recipit ad aulae principis. Nam, si dantur aliqui magni, qui Sanctos persequuntur; praebet Deus alios principes, qui eos protegant. Fuere principes, qui Jeremiam c. 37. 14. castrum miserunt in lacum; & providit alios principes, qui eum de carcere tulerunt. c. 39. 13. Sylveira hic q. 4.

Noli timere: ego sum primus, & novissimus. Apoc. 1. 17. Christus hic significat, opus Ecclesiae a se inchoatum per quasvis tribulationes, & persecutiones, tyrannorum consummaturum: Ut ita Fideles in eis forti, & constanti animo sint, nihil timentes: scientes, quod Christus, qui est primus, & novissimus, eis tam initium, quam finem dabit, Sylveira hic.

Fus in insula. Apoc. 1. 9. Rupertus: cui negabatur terra, caelum apertum est. Exemplum est ergo omnibus Sanctis, quod, quanto magis in freto praesentis saeculi assurgunt, tanto amplius illis secreta caelestia manifestantur. Apud Sylveira hic.

Ex Patribus.

Cum ex praelio hujus vitae aeternae gloriae victoria nobis praebatur; qui contra nos ea bella innovant, quibus ad

aeternam requiem ducimur; profecto nobis magna servitia impendunt. S. Gregor. l. 4. Expof. in 1. Reg. c. 8.

Cito fides inexcitata languescit, & crebris otiosa tenetur incommodis. S. Ambros. l. 11. in Pl. 118. Octon. 11. omnia praecipua tua veritas &c.

Recusare esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite. S. August. tr. 87. in Joan.

Propter Deum illa perperet, qui scilicet legem ejus audisti. Hoc quo tandem digno honore pensandum est? quibus diadematis conferendum? Mihi verò magis proventus inimicitias sustinere propter Deum, atque contemni, quam vel à cunctis regibus honorari. S. Chrysost. hom. 28. in c. 5. Math.

Verum è civitate ejicient. At non etiam ex ea, quae in caelo sita est: hoc si poterint efficere hi, qui nos invisibiles habent, verè bellum inferent. Quamdiu autem minimè poterint; guttulis aquae nos petunt, ut ventis feriant, aut infamis ludunt. S. Gregor. Naz. or. 18.

Nisi diabolus Christianis persecutus fuisset, ac adversus Ecclesiam, bellum suscepisset; nullo haberemus Martyres: iis autem non extatibus, mœstia, ac nihil hilaris, festaque vita nobis ageretur. Quid enim solemnibus hisce conventibus comparari queat? S. Asterias Ep. Encom. in SS. MM.

Miscellanea.

Surrexit interea Rex novus super Aegyptum. Ex. 1. 8. Rex vetus est Deus; & novus, diabolus: qui Fideles affixit. 1. violenter per decem Romanorum Imperatorum persecutiones. 2. Sapienter, per Philosophos, & haereticos. 3. astute, & blandè, per illecebras, & voluptates; ut jam facit. Cornelius hic.

Tridat autem frater fratrem. Matth. 10. 21. Domestica persecutionem post illam annuntiat affuturam; quae cunctis videtur esse crudelior, & difficilior ad cavendum, & perniciosior ad tolerandum. Sim. Cass. l. 9. c. 20.

S. Augustinus scribit l. 2. c. 3. de Civit. vulgare fuisse proverbium: pluvia defecit, causa Christianiani.

Cupiditatis, ac voluptatis, blanditur caro, ut secum li fecerit illecebras; quod est dirum persecutionis genus. Omnibus quippe his, pro amore divinitatis, tepugnare viriliter, Martyrii perducit ad palmam. S. Laur. Just. l. de cont. Mundi c. 6.

Persecutores perniciosissimi sunt, Caro, Mundus, demon. Isid. Clarius l. 2. or. 17.

Roma subterranea, & substructiones à primis Christianis factae, ob persequentes. Aringo in Roma luberr. de persecutionibus primae Christianitatis.

TITULUS XX.

S. P E T R U S.

s. I.

Laudes, honor, gloria.

Seraphim stabant super illud. Is. 6. 2. Ille unus de Seraphim Petrus Apollolus exiit: qui gratiae pennis advolans dixit: penitentiam agite. Rupertus lib. 1. in c. 29. Isai.

Alis Joannem Bapt. Matth. 16. 14. De singulis vulgi opinionibus omnes disputante verum ubi Dominus, non quid ali sentiant, sed quid ipsi Discipuli; tu es omnes tacent. Unus Petrus pro omnibus loquitur: tu es Christus Filius Dei vivi. Cur modo non omnes, sed unus loquitur? quia modo verus sensus Ecclesiae requirebatur, qui debuit tradi à Pastore uno: quia ad securitatem doctrinae maxime conducit singularitas Pastoris. Baeza tom. 3. lib. 14. cap. 14. §. 12.

Beatus et Simon Bar-Jona. Matth. 16. 17. Sanct. Anselmus hic: quandoquidem tam perfectae fidei confessione poller; ego, cujus dicere facere est, dico tibi: O Simon! beatus es! Simon dico Bar-Jona; id est, qui tali confessione: ac pia simplicitate, vocati debes filius columbae, vel filius divinae gratiae; qui in specie columbae dicitur super ipsum descendisse - filius quidem Spiritus S. fuit, ab eo tempore, quo ab ipso illuminatus gratiam divinae cognitionis accepit. Arcones in Is. 2. 2. Dif. 5.

Simon, ecce Sathanas. Luc. 22. 31. Commune erat omnibus periculum de tentatione formidinis; & divinae protectionis auxilium pariter indigebat: quoniam diabolus omnes exagitate, omnes cupiebat elidere. Et tamen specialis Petri à Domino cura suscipitur; & pro fide Petri propriè supplicatur: tamquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit. In Petro igitur omnium fortitudo nuntur; & divinae gratiae ita ordinatur auxilium; ut firmatas, quae per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apollolis conferat. S. Leo l. 3.

Ecce Mater tua. Joan. 19. 27. Sic inter Petrum, qui plus diligebat; & Joannem, qui plus diligebatur, haereditatem suam

suam Christus divisit; ut Petrus fortiretur Ecclesiam, Joannes Mariam. Gueric. Abb. l. 4. de Assump. V. Cum tota Ecclesia Christo committitur, & Maria sit Ecclesiae pars praecipua, ipsa quoque Petro conceditur. Arcones in Is. 2. Dif. 5.

Simon Joannis diligis me? Joan. 21. 15. Dominus non dubitabat, qui interrogabat: non ut diceret; sed ut doceret, quem elevandum in caelum amoris sui nobis velut Vicarium relinquebat. S. Ambros. in Luc. 24.

Ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quempiam illum. Act. 5. 15. Tunc Petrus umbra corporis sui visibiliter allevabat infirmos; qui etiam nunc invisibili suae intercessionis umbraculo Fidelium infirma roborare non cessat. V. Beda hic. Cur Petrus umbra facit miracula, & sanat? quod de nullo alio Apostolo legitur. Lyran. ponitur differentia Petri ad alios Apostolos in operatione miraculorum: nam alii Apostoli curabant infirmos per tactum manuum; sicut dicitur supra. verb. 12. per manus Apostolorum. Petrus autem, non solum per tactum, sed etiam per umbram; quod est majus. Quod fiebat, ad ostendendum, quod erat principalis Apostolus. - Sanat Petrus umbra, quod à Christo D. factum non legitur. Coemum digito. Joan. 9. 6. Puellam mortuam manu. Matth. 9. 25. Vocem filium viduae suscitavit. Luc. 7. 14. Insufflationes dat Apostolus Spiritum S. Joan. 20. 22. Hoc modo Christus operatur; ut ostendat se Filium Patris. Hic operatus est digito in Aegypto. Ex. 8. 19. Manu in Mundi opificio. Psalm. 118. 1. Voce in productione lucis. Genes. 1. 3. Insufflationem in hominis animatione. Gen. 2. 7. Et ita Christus, ut Filius aeterni Patris, habet similem illi operandi modum. At verò Sanctus Petrus; cum sit Spiritus S. juxta illud Christi D. Matth. 16. 17. vocabatur Bar-Jona, id est, filius columbae; Spiritus autem Sanctus praclarissima mysteria umbra operatus est. Luc. 1. 35. Matth. 17. 5. nubes lucida obumbravit eos; quae, juxta Chrysof. erat Spiritus Sanctus. Sylveira in Act. 5.

Imperator venit Romam, quod festinat? ad templum Imperatoris? an ad memoriam Piscatoris? S. August. in Pl. 140.

Ecce totus orbis undique Romam confluit ad urbem, propter Petrum Piscatorem; non propter Augustum Mundi Imperatorem. Quilibet investigat sepulchrum Piscatoris; nullus inquit tumulum principis Neronis. Insuper toto Mundo imperans vivus quilibet Augustus, ante mortui Piscatoris, jamque putrefacti, ossa proculcumbit, lacrymas cum fleru fundit: & suppliciter ornat Imperator; ut si sibi propitius sit Piscator. S. Honorius l. de S. Petro in Vinculis.

Petrus omnium Apostolorum os, vertex consortii totius. S. Chrysof. hom. 55. in c. 16. Matth.

Claves caeli lingua est Petri: quia singulorum merita censendo Apostolus, unicuique regnum caelorum, aut claudit aut aperit. S. Maximus in Natali SS. Petri, & Pauli.

s. II.

Virtutes.

Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquam. Matth. 14. 28. Ferventissima Petri erga Christum charitas erat: desiderabat enim statim pedes illic esse. Theophylactus hic.

At ille amplius loquens. Marci 14. 31. Quamvis Christus Petri casum magis agnoscere, tanto Petrus, certe praedictio illius obtinens, fortiori pectore officium se deserendum negabat. At unde quæro, haec tanta vis animi illi proveniebat? non aliunde, quam ab incensa charitate. Victor Antiochen. hic.

Nec Mundi dominam times Romam, qui in domo Caiphae expaveras Sacerdotis ancillam. Vincebat materiam formidinis vis amoris: nec assiduas timori cedendum; dum horum saluti consulis, quos susceperas diligendos. S. Leo l. 1. in Natali SS. Petri, & Pauli.

Nemo Co-Apostolorum in amore sui Jesu fervidior. B. Ivo Carnot. in Cathedra S. Petri.

Humilitas.

Matthaeus 16. 17. fusè narrat Petri confessionem, & ejus praclarè encomia. At Marcus cap. 8. 29. breviter. Cur id; Marcus scripsit Evangelicum, juxta sibi relata à Petro, ut testatur Tertull. l. 4. contra Marcion. cap. 5. Cum in earranda historia Evangelica. S. Petrus incidit in suas laudes; eas omnino silet; illas alteri; scilicet Matthaeo reservat. S. Chrysof. hom. 49. in Matth. Marcus, qui Petri discipulus fuit, quæ ad Magistri laudem pertinent, forsitan ipse deprecante, ne magnificè de eo diceret, omnino silit. Sylveira in cap. 11. Matth. 25. cap. 20.

Beatus et Simon Bar-Jona. Matth. 16. 17. Has laudes Marcus 8. 29. non ponit Petri discipulus; cum hoc ad magnam ejus gloriam spectaret. Marcus scripsit, quod à Magistro suo Petro percipiebat: Petrus autem supprimebat, quidquid propriam laudem redolere videbatur. Sylveira hic.

Da eis pro me, & pro te. Matth. 17. 26. Vide, quanta philosophiam utitur Petrus: hunc enim locum Marcus, qui Petri

P. P. Spanner Poly. Tom. II.

discipulus fuit, ideo non scripsisse videtur; quoniam ingens hic honor magistro deferrebat. Sed negationem quidem ille quoque diligentissimè scripsit. Haec verò, quæ ad magistri laudem pertinent, ipso forsitan deprecante, ne magnificè de eo diceret, omnino silit. Id. hic.

Penitentia.

Effusus foras flevit amare. Matth. 26. 75. Prodit Petrus foras; & se contulit, ut Adrichomius, & alii tradunt, in quandam speluncam, inter Jerusalem, & montem Sion; ibique usque ad diem resurrectionis jugiter flevit. In quo loco postea erecta est Ecclesia in Petri honorem; & perpetuum lacrymarum, & penitentiae memoriam. S. August. l. 121. de temp. flere coepit amare, quia Dominum suum coepit amare. Sylveira hic.

Trinum negationem trino amore dolet.

Non solum cum semel; sed iterum, & tertio, interroga fuit: ut trina confessione amoris deleteret trinum peccatum negationis. S. Aug. l. 50. de Verb. D. secundum Joan.

Impletur numerus dilectionis; ut deleat numerum negationis. Id. l. 2. f. 4. Palch.

Redditur negationi trina confessio; ne minus amori lingua serviat, quam timori; & plus vocis effluvit videatur mors imminens, quam vita praesens. Sit amoris officium, pacere Dominicum gregem; si fuit timoris indicium, negare Pastorem. Id. tr. 128. in Joan.

Petrus, qui audacius secutus fuerat, ita adhuc longè erat; ut interrogatus, & perturbatus, ter negaret Dominum; cum quo se mortuum esse promiserat. Qui postea, ex longinquo ut propinquus fieret, audivit post resurrectionem: Amas me? & dicebat: amo. Et dicendo propinquabat, qui negando longè factus erat; donec trina voce amoris solveret trinum negationis. Id. in Pl. 37.

Alia Virtutes.

Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquam. Matth. 14. 28. S. Hilarius can. 14. in Matth. quod responderet Petrus solus audeat, & juberi sibi, ut super aquas ad Dominum veniat precatur: passionis tempore voluntatis suae designat affectum.

Faciamus hic tria tabernacula. Matth. 17. 4. Quare non dixit: faciamus sex? forte ideo: quia putabat in illis tribus tabernaculis se, & duos discipulos recipi posse, & commorari; sic tamen, ut ipse esset in tabernaculo sui charissimi Magistri. Dion. Carth. hic.

In verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5. 5. Quam alta, & praecara, dixit Petrus hac una voce! 1. examina sedem ostendit. Bonavent. Petrus, dum dicit: in verbo tuo laxabo rete, confortatus est fide plenissime. Et hic primò accepit illam magnam promissionem. v. 10. ex hoc jam homines eris capiens. Petrus erat valde peritus piscandi; & sciebat belle, nocte facillimè capi pisces, quam per diem; quia nocte natant super aquam, die verò ad ima transeunt. Et cum per noctem Petrus in illo stagno nec unicum piscem coepisset; tamen plures fidei tribuit verbo Christi, quam naturalis experientia. 2. Petri spes, quæ ideo perfecta: ut ait. S. Bonaventura; quia habuit confidentiam non in suis meritis; sed in verbo Dei; copiosos pisces apprehendit. Sylveira hic q. 12.

s. III.

Petri fragilitas, lapsus, negatio.

Nolite me considerare, quod sulca sum. Cant. 1. 5. quia decoloravit me sol. S. Ambros. lib. de post. Apol. David. c. 8. ea sic legit: nolite aspicere me, quia desolata sum, quia non est intuitus me sol. Ergo fulcramur, quando non videmur à Christo; sed, quando videmur, abscidimus. Si Petrum percunctemur: quid hoc rei Petre? qui factum, quod Magistrum ter negasti? unde illas tam foedas maculas contraxisti? posses respondere: non est intuitus me sol. At si rursus quæres: unde nunc tam pulcher factus es? unde ista tibi tam dicens venustus? respondet: à sole te visum: convorsus Jesus vidit Petrum. Quando à Christo videmur, abscidimus. Did. Nyss. l. 2. D. Palm. §. de lacrymis Petri.

Et si omnes scandalizati fuerint in te. Matth. 18. 35. S. August. l. 24. de temp. Petrus, non addidit adjutorio Dei, promiserat se pro Deo moriturum. Sed quid est homo sine gratia Dei? nisi quod fuit Petrus, cum negaret Christum. Et ideo Petrum paululum Dominus subdeceperat; ut in illo totum humanum genus posset cognoscere; nihil se sine Dei gratia prevalere. Sylveira hic.

Petrus sedebat foris, in atrio. Matth. 26. 69. Petrus praecipuum obiectum, quod federet, ad offium foris. Drego Off. l. de Paf. D. propterea negabat, quia intus esse volebat. Huiusmodi quanto se exponunt periculo, qui sui cordis ar-